Laudetur Jesus Christus.
In Nomine Domini.
In Nomine Domini Amen
In Nomine D
Poniewasz
Ponie
Poniewasz Ponie
Ponie
Ponie
Pan Bog
J
PONIE

Per Patrem Ignatium (a S. Stanislao) Rogala Zawadzki - vixit ab anno 1651 ad 1712 (conf. Vita praestat. p. 12)

GEMMÆ LATINÆ,

EX

Magno eruditionis Mari, tam ligatæ, quàm solutæ Orationis, Authorum,

LECTÆ;

Ac

Per Patrem IGNATIVM à S. Stanislao, Scholarum Piarum,

in usum publicum

EXPOSITÆ:

Iterata verò Editione

AUCTÆ.

Anno Vnionis Divinæ cum Homine 1701.

VARSAVIÆ,
Typis Regijs, in Collegio Scholarum Piarum.

AD

CELSISSIMUM

S. R. I. PRINCIPEM,

D. GEORGIVM

Comitem in Wiśnicz & Jarosław

LVBOMIRSKI

Regni Thesauraridam,

Kozienicensem &c. Capitaneum.

Magnorum Parentum,

Magnæ Spei Filium.

DEDICATIO.

GEMMAS in Magno eruditionis Oceano generatas, jamq; diu-

 turno

turno literatorum attritas usu; Gētilitio Tuo immergimus SRENIAVÆ, ut Patrijs permulsæ undis, in publicum speciosiores prodeant conspectum CELSISSIME PRINCEPS. Nec ambigimus, quod pretiosum Illustrissimæ Domûs TUÆ FLUMEN rubra Tauricani sanguinis despumans Corallia, & elicitis à ferrea Casside, æstimandi sudoris, exundans Unionibus, compendiosum hunc divitis ingenij minimè reijciet thesaurum; siquidem Nativus LUBOMIRSCIORUM SRENIAVA copiosis & Martis & Apollinis refertus opibus, utraq; ad eximium Illustrissimæ Domûs Suæ

de-

decus conjunxit pretia. Invenient Latinæ Gemmæ, in Flumine Gentilitio, penes Communem Sarmatiæ Fortunam, felicissimo navigantem remige, dignam æstimationem. Habebunt pro Conchili pectus, vel Manus Tuas, in quibus pulchriori gloriæ emicabunt lumine, quàm si inter fulgidos Pluti reponerentur Adamantes, aut aureâ Midæ tractarentur dexterâ. Grande decus insignitæ gemmis accrescet paginæ, dum TU CELSISSIME PRINCEPS, NOBILISSIMA ILLUSTRISSIMORUM PARENTUM TUORUM GEMMA, non in annulo, verùm in Corde & Ca-

Capite; erutas de Pelago Eruditionis, gestabis Margaritas. Nec minus inde Tibi futurum ornamentum, quando in floridissima olim Procerum Regni Corona, his gemmabis Unionibus, quos modo Cordi & Tuis insinuamus palmis. Quare porrige benevolam Gemmis Latinis manum, præbe pro Conchili tenellum pectus; Thesaurus hic literarius, penes Augustam Poloniæ Fortunam, suum quoq; inveniat ærarium. Ad quod dum divite insignitam titulo deponimus paginam, hæc unanimi precatur voto.

Gem-

Gemma dilecti pretiosa Patris;
Regias orna Lechiæ Coronas,
Te petat supplex Diadema, & alti
Culmen honoris.

Celsitudinis suæ Nomini

Devinctissimum Collegium Varsaviense, Scholarum Piarum.



Reimprimatur.

Nicolaus Swięcicki,
Episc: Posnaniensis.





A.

A Biało? biało: á czárno? czárno. vel
Trzymam &c.

Suſpicor alterutrum, ſcio neutrum; utrumqve paratus
Credere. - - - - - - *Oven.*
Candida de nigris, & de candentibus atra. *Paling.*
Omnia laudabit, mirabitur omnia demens. *Mart. l. 12. epig. 81.*
Fidei populi credimus. *Sen. ep. 81.*
Neutrumq; & utrumq; videtur. *Stat.*
Omnia ex opinione ſuſpenſa ſunt. *Senec. ep. 78.*
Hæc, non quia concupiſcenda ſunt, ſed quia laudata ſunt, concupiſcuntur. *Idem ep. 81.*
Sequimur, quà narratio, non quà veritas trahit. *Id. l. 4. de Benefic. c. 33.*
Prima rerum facies utcunq; credita eſt, aufert. *Id. c. 6. ad Helv.*
Pauci dignoſcere poſſunt vera bona, atq; illis diverſa, remotâ erroris nebulâ. *Id.*

Vitium ingenij eſt, quod movet cerebrum, atq; in vanas mentem imagines evocat, multùm inter verum & falſum mediæ caliginis fundens. *Idem.*

A coż ná ſtárość, kiedy ták z młodu?

Nemo futurum putat eſſe diligentem, quem in ipſa novitate opinionis ſuæ, non videt eſſe cuſtodẽ. *Caſsiod.l.8.ep.*14.

Quæ tibi ventura (*ſiquidem ventura*) ſenectus;
Cùm deſit numeris ipſa juventa ſuis? *Ovid.*

A długoż tego będźie?

Quem tandem inveniet tam longa potentia finem? *Lucan. l.* 1.

- - - Quæ reverentia legum?
Quis metus aut pudor eſt? - - *Juven.*

A ktoż to zgadnie? vel *Ani ſię ſpodźiejeſz?*

Omnia, quæ ventura ſunt, in incerto jacent. *Sen.*

O! ſemper tacitâ ſortes ambage malignæ. *Claudian.*

- - - Neſcia vatibus ipſis
Veri ſacra fides. - - - - *Idem.*

- - - - Interprete caſu
Agnoſces dubijs illuſa vocabula fatis. *Id.*

Prudens futuri temporis arbiter
Caliginosâ nocte premit Deus,
Quidquid &c. -- -- *Horat.*

A pro-

Á prorokowi co?

- - - Noxia vatibus ipsis
Veri sacra fides. - - *Claud. de bello Get.*
Infaustum populis in te quoq; vertitur omen. *Idem.*
Hæc mihi, non rumore malo, non augure fato. *Propert.*
Et divinatas auferat augur opes. *Ovid.*
- - - - Interprete casu
Agnosces dubijs illusa vocabula fatis. *Clau.*

Á słowo kędy?

Sic manet hic fœdusq; fidesqve?
Sic testes Superi? - - - - *Sil. Ital.*
Quò tua sancta fides? quò jura antiqua tuorum,
Et consanguineo toties data dextera Turno? *Virgil.*
Non ita vixerunt Strophio atq; Agamemnone nati;
Non hæc Ægidæ, Pirithoiq; fides. *Ovi.*
Illud amicitiæ sanctũ & venerabile nomẽ.
Nunc tibi pro vili, sub pedibusq; jacet. *Ovid. 1. Trist. el. 7.*
Fœderis heu taciti pridem fallacia verba
Non audituri diripuêre Noti? *Ovid.*
An referam blandæ mendacia linguæ,
Et pejeratos in mea damna Deos? *Idem.*

A w iáki sposob?

- - - - Si jure venitis?
Si cives? hucusq; licet. -- *Lucan. l.* 1.
Cùm sic intrabas, hostis an hospes eras?
Ovid. heroid. ep. 18.

Abo day, áboć wydrę. vel *Kto mocnieyszy &c.*

Aut dabis, aut causâ ferrum meliore resumes. *Stat.*
Quisnam audet leges vibrato imponere ferro. *Claud.*
- - - - Arma tenenti,
Omnia dat, qui justa negat. - - *Lucan.*
Offerendum credas, quod amissurus es. *Tacit.*
Ne renuas dare ultrò, quod rapienti non impunè negaveris. *Idem.*

Abo ja, ábo ty.

- - -Placet alea fati
Alterutrum mersura caput. - - *Lucan.*
- - - Manes & sidera testor: (ter
Hæc cervix non sola cadet, miscebitur al-
Sanguis. - - - - - *Claud.*
Mors inhonesta quidem, tu moriêre tamen. *Propert.*
- - Aut hodie spolijs gavisus abibis;
- - Aut me magna de stirpe creatum,
Et Marti non degenerare paterno
Accipies. - - - - *Stat. l.* 1. *Theb.*

Nec mea ſecurus ridebit funera victor;
Nec ſtygias ferar incomitatus ad umbras.
Claud.

Incurrere in pericula juvat, & alienâ animâ abuti. *Sen. l.* 1. *c.* 12. *de Clem.*

Perdendi, ſimul & pereundi ardebat amore. *Sil.*

Ira, in periculum dummodò ſecum deducat alium, parata eſt deſcendere. *Sen. l.* 1. *c.* 5. *de Ira.*

Ira ruinis ſimillima, quæ ſuper id, quod oppreſsêre, franguntur. *Id. l.* 1. *c.* 1. *de Ira.*

Abo ſach, ábo met. vel *Lub zyſk &c.*

Aut nunquam tentes, placitas aut perfice mentes. *Ovid.*

- -Sola placet fortuna comes. *Lucan.*

Decumanus hic fluctus, aut tempeſtatem conſummabit, aut victam navim diducet. *Barcl.*

Ani ja, áni ty. vel *Abo ja, ábo ty.*

Grande ſolatium eſt, cum univerſo rapi. *Sen. c.* 5. *de Provid.*

Hæc ipſa pollens inclyti Pelopis domus,
Ruat vel in me, dummodò in fratrem ruat. *Sen. act.* 2. *in Thyeſte, inducit Atreum loquentem.*

- - - Trahere omnia ſecum
Merſa juvat, gentesq; ſuæ miſcere ruinæ.
Lucan.

Everſo juvat orbe mori. *Idem.*

At vindictæ bonum vitâ jucundius ipsâ. *Juvenal.*

Ani mię chwal, áni mię gán. vel *Nie głaſcz, á nie biy.*

Quæ juvat, ut nunc eſt, eadem mihi gloria damno. *Ovid.*

Et honores & injuriæ vulgi, in promiſcuo habendi ſunt; nec his dolendum, nec illis gaudendum. *Sen. c.18. de Conſolat. Sap.*

Non minùs contemni, quàm ſuſpici, nocet. *Idem.*

Ani mię tám, áni mię ſám. vel *Y śmiem &c.*

In dubio pectora noſtra labant. *Ovid.*

Neſcio, quo miſeræ turbine mentis agor. *Idem.*

Ducor, ut à ventis diſcordibus acta phaſellus. *Idem.*

- - - Invitant omnia mentem,
Neſcio quo tardor ſed tamen ipſe metu. *Idem ep. 17. Heroid.*

Nec quid agam invenio, nec quid nolimvé, velimvé;
Nec ſatis utilitas eſt mea nota mihi. *Id.*

- - - Neutri fiducia cæpto. *Stat.*

Quaslibet ad partes animus nutaverat anceps. *Claud.*

Scylla

Scylla latus dextrum, lævum irrequieta Charybdis
Infestat. - - - - - *Lucan.*
In curas animus diducitur omnes. *Virg.*
Terror erat, dubiamq; fidem fortuna ferebat. *Sil. Ital.*
Agitur animus in noctem; & velut eversis virtutibus, quas nec sperare licet, nec habere prodest, tenebræ oboriuntur. *Sen. ad Marc.*
Fortuna me in laqueum impegit; quem nec solvere possum, nec abrumpere. *Id.*
Cùm hinc profundum ventus, hinc æstus rapit,
Incerta dubitat unda, cui cedat malo. *Sen. in Hercule fur.* (*Barcl.*
Secta bipartito mens se dispertit utroqve.
Excidimus nobis miseri. *Idem.*
Inde repercussas terret latratibus undas
Scylla minax; hinc torva riget, fremituq; Charybdis
Gaudet inexhaustas aptare in pabula fauces. *Idem.*
Ani się spodźiejesz? vel *Nád spodźiewanie.*
Quid quisq; vitet, nunquam homini satis
Cautum est in horas. - - - *Horat. l. 2. o. 13.*
Incertum quibus instet fulmen ab astris,
Quæ nubes fatale sonent. - - *Stat. l. 2. Sylv.*
In subitas tempestates, hybernisq; majo-

res agitur æſtiva tranquillitas. *Senec. ep.* 42.

Mala unde minimè expectabantur, nihil extrà tumultuantibus cauſis eruperunt. *Idem.*

Longam moram dedit malis properantibus, qui diem dixit. *Idem.*

Non expectato vulnus ab hoſte tuli. *Ovid.*

Fulmina de cœlo jaciuntur ſæpè ſereno. *Idem.*

Expectate ſolliciti, ex quo ſe cinere flamma refundat. *Barcl.*

Et certam præſens vix habet hora fidem. *Ovid.* 4. *de Pont. el.* 1.

Ani ty be, áni ty me.

Non tu natus equo, non fortibus utilis armis,
Bellica non dextræ convenit haſta tuæ. *Ovid.*

Non es crede mihi bonus; quid ergo?
Ut verum loquar, optimus malorũ. *Mart. l.* 12. *epigr.* 36.

Nullas ſpes Troja habet, ſi tales habet. *Sen. in Troade introducit Andromacham de filio ſuo loquentem, extenuando ejus indolem.*

Aże ſtrách wſpomnieć.

Refugit loqui mens ægra, tantisq; inhorreſcit malis. *Sen. Herc. fur.*

Mens horret, nec adhuc oculis abſiſtit imago. *Sil.*

Inju-

Injucunda est pœnitendæ rei recordatio. *Sen. ad Marc.*

Omnia luctûs, omnia solliciti plena timoris erant. *Ovid.*

Ilion & Tenedos, Simoisqve, & Xantus, & Ide,
Nomina sunt ipso pænè timenda sono. *Ovid. ep. Heroid.*

Tractari vulnera nostra timent. *Idem.*

Aż mu strách w oczy spoyźrzeć. vel *Ogień mu &c.* *(fur.*

Pro fato patuit vultus iniquior. *Sen. Herc.*

Et vidisse sat est Herculeas minas. *Id. ibid.*

Scylla, & Charybdis contorquens freta,
Non magis est timenda. - - *Sen. in Herc. Oet.*

B.

B*Abá z wozu, kołom lżey.*

Heu quantum ex humeris hoc pondere pressis
Fortuna est amolita onus! *Lucan.*

-- Non vis Afer avere? vale. *Martial.*

Bábko dałem ci ßeląg.

Lacerat animum, & premit frequens beneficiorum commemoratio. *Sen. l. 2. c. 11. de Benef.*

- - Quamvis ingentia dona,
Auctoris pereunt garrulitate sui. *Mart. l. 5. epigr. 52.*

Admonitio (*beneficij*) tædium facit; exprobratio odiũ. *Sen. l. 2. c.11. de Benef.*

Molestum beneficium, quod pudet debere, nè acceperis. *Id. ibid. c. 23.*

Beneficium non est, cujus sine rubore meminisse non possumus. *Id. ibid. c. 8.*

Quid opus arrogantiâ vultûs? quid tumore verborum? ipsa res te extollit. Detrahenda est inanis jactatio: res loquentur, nobis tacentibus. *Id. ibid. c. 11.*

Nimius (*id est Tiberius*) commemorandis, quæ meruisset. *Tacit. 4. histor.*

Ingrata vita est, cujꝰ acceptæ pudet. *Sen. in Med.*

Báby to pod ßpitalem wiedzą.

Notior in cœlo fabula nulla fuit. *Ovid.*

Fabula narratur toto notissima cœlo. *Id.*

Hoc clausis etiam Homericis oculis liquet. *Sen.*

Hæc apud homines è trivio petita. *Neot.*

Bayki to wßytko. vel *Nic to.*

- - - Nîl me fatalia terrent. *Virg. 9. Æn.*

Crede mihi, vanos res habet ista metus. *Ovid. ep. 16. Heroid.*

Terror in his ipso major solet esse periclo. *Id. ib.*

Hæc incerta, & fabulosis aucta. *Tacit. 12. Annal.*

Bárdźiey

Bárdźiey od muchy, od lichoty boli.

- - - - - Intrat

Altiùs in ſenſus,majoraq; vulnera vincit,

Plaga minor. - - - - *Stat.*

Bądźże mi łaſkáw. vel *Szczesliwá drogá.*

Irreducemq; viam deſerto limine carpe. *Lucan.*

Solvor ab amplexu Protheſilàé tuo. *Ovid.*

Bąk ſię przebije muchá uwieźnie. vel *Máłych Złodźiejow &c.*

Irretit muſcas, transmittit aranea veſpas. *Juven.*

Ignoſcit corvis, vexat cenſura columbas. *Martial.*

Bębenka podbijáć.

TurnusRutulos animis audacibus implet. *Virg. 7. Æn.*

Sic variis pertentat pectora dictis. *Stat. l. 3. Theb.*

Adijciunt animos juveni clamorq; favorqve. *Idem.*

Corda virûm fovet, hortando, revocatq; vigorem. *Id. l. 3.*

Erigere,& verbis tentabat ſiſtere mentem. *Sil. Ital.*

- Ignifero mentes furiabat in iram

Hortatu, decorisq; urebat pectora flammis. *Idem.*

Pugnandi cupidas accendit voce cohortes. *Claudian.* - Ille

- - - - Ille calentes
Accendit virtute animos, & amore laborum. *Lucan.*
Incitat,& velo,remigis addit opem. *Ovid.*
Inceditq; animum dictis, atqve aggerat iras. *Virg. 4. Æn.*

Będźie y przed náſzymi wroty Słońce.

Adveniet placido mollior auraDeo. *Ovid.*
Utilior velis poſtmodò ventus erit. *Idem.*
- - - Noſtro mala nubila cœlo
Diffugient. - - - *Stat. l. 1. Theb.*
Opportuna meis oritur lux craſtina votis. *Claud. l. 2. in Rufin.*
Veniet quondam felicior ætas. *Ovid.*
- - - Dabit aptior iſta
Fors Deus, & faciles in vota ſorores. *Stat.*
Succedunt ſummis optima ſæpè malis. *Oven.*
Etiam in rebus damnatis, ac jam nullis, ſunt aliqua remedia. *Barcl.*
Mala tempora, melioribus penſantur. *Theſaur.*
Quæ tegit canas modò bruma valles,
Sole vicinos jaculante montes,
Detegit rursùs. - - *Sarbieu.*
Quod vexant hodie Nothi,
Cras lambent hilares æquor Etheſiæ. *Id.*
Nunc licèt denſis nitidum tenebris
Livor infeſtis nebulæq; cingant:

Sed

Sed tamen puris aliquando cedet
Gratijs nubes, facilemq; vultum
Exeret virtus, & amiciori
Luce placebit. *Avanc.*
Post efferatos in rabiem Notos,
Crispabit undæ terga Favonius,
Et temperato blandientes
Lina vehent Zephyri tepore. *Idem.*

Będźie to dobrze. v. Będźie y przed náßymi &c.
Si fortuna volet, rerum nos summa sequetur. *Lucan.*
- - - Metamq; in limite nullo
Spes votis positura suis. - - *Idem.*
Crede Deis, fatorum longo crede favori. *Virgil.*
Dabitur Trojane, quod optas. *Idem.*
Spondemusq; novis medicamina curis. *Sil. Ital.*

Będźie to wlot.
- - Facta puta, quæcunq; jubes. *Ovid.*
Quidquid erit jussum (*jubeat licèt omnia*) fiet. *Idem.*
Jussa sequi, tam posse mihi, quàm velle, necesse. *Lucan.*

Będźie z tego coś.
Non hæc incassum, divisq; absentibus acta. *Sil. Ital.*
Magna parant Superi; tonat alti Regia Cœli. *Idem.*

- Vereor, nè quid præcedant omina veri. *Sil. Ital.*

Bez prace, nie będą kołacze. vel *Dla sławy.* vel *Nie zaraz Krakowa.*
Nunquam Dij magna præmia faciles concesserunt. *Barcl.*
Repentè nîl pulchrum; frequenti
Ursa suum linit ore fœtum. *Ines.*

Bez żołci. vel *Mogłby go &c.*
Læta viro gravitas, & mentis amabile pondus. *Sil.*
Nec famam lævo quærebat in limite vitæ. *Idem.*

Biádá tey kokoszy, ná ktorey się jastrząb záprawia.
Non libeat tentare Deis; an Troja proles
Par bellum tolerare queat. - - *Sil. Ital.*
Multi, quos auxerant morbos, & irritaverunt; ut majore gloriâ sanarent, non potuerunt discutere, aut cum magna vexatione miserorum vicerunt. *Sen. l. 6. c. 36. de Benef.*

Biedna się mucha broni. vel *Niewola &c.*
Quia tutela certissima ex proximo est, sibi quisq; commissus est. *Sen. ep. 121.*
Nîl tam imbecille natum est, ut sine elidentis periculo pereat. *Id. ibid.*
Æqualis est omnibus à pernicioso fuga. *Idem ibid.*
Natura, cui usum sui reddidit, removit obstantia. *Id. ibid.* Dul-

Dulcissimæ & jucundissimæ, & tamen pró corporis captu pugnacissimæ sunt apes, & aculeos in vulnere relinqvunt. *Ex Sen.*

Pacatissima ingenia quamvis calamitatibus fracta, tamen injuriæ ulcus inqvietat. *Idem.*

Timidissimis etiam feris, sua arma timor ostendit. *Barcl.*

Vapor quoq; in nubibus pressus, exclamat. *Idem.*

Minimus capillus à Sole tactus, suam umbram habet. *Anon.*

Magno se judice quisq; tuetur. *Ovid.*

Quondam etiam victis redit in præcordia virtus. *Virg. 2. Æneid.*

Non solùm taurus ferit uncis cornibus hostem;
Verùm etiam instanti læsa repugnat ovis. *Propert.*

- - - Sunt & inermibus
Iræ columbis, sunt echinis,
Sunt apibus sua tela parvis. *Sarbiev.*

Byą, sieką, ścinąją.

Sternitur Arcadiæ proles, sternuntur Etrusci,
Et vos ô Graij, & grandia corpora Teucri. *Sil.*

- Ve-

- - Venerandaq; corpora ferro
Urgentur, cædunt Lepidos, cæduntqve Metellos,
Corvinosq; simul, Torquataq; nomina Regum. *Lucan.*
Plurima perq; vias sternuntur inertia passim
Corpora, perq; domos, & relligiosa Deorum (Teucri;
Limina: nec soli pœnas dant sanguine
Victoresq; cadunt Danai; crudelis ubiq;
Luctus, ubiq; pavor, & plurima mortis imago. *Virg. 2. Æneid.*

Bije bez obłázu: vel ***Biją*** *&c.*

- - - Densis ictibus heros
Creber, utrâq; manu pulsat, versatqve Dareta. *Virg.*
- - - Nunc clava libratu gravis,
Perfregit ossa: corpori trunco caput
Abest. - - *Sen. Her. fur. dum suam uxorem Megaram mactavit.*

Bitny y mądry. vel ***Vczony y wojenny.***

Armorumq; decus non cedit forensibus actis. *Lucan.*
Tu modò bella geris, numeris modò bella coërces. *Ovid.*
- - Tibi nec docti desunt, nec Principis artes,
Mista sed est animo cum Jove Musa tuo. *Idem.*

- Par

- Par ingenium caſtrisq; togæq; . *Stat.*
- - - Nec ſociam parens
Minerva Bellonam ſequeſtrat
A proprijs inimica caſtris. *Ines.*

Bity płacze.
- - - Jura querelis
Sunt conceſſa pijs. *Stat.*
Armaq; in armatos ſumere jura ſinunt. *Ovid.*

Bliżſza koſzula ćiáłá, niż káftán.
Curam nobis noſtri natura mandavit. *Sen. ep.* 116.
Natura contulit ad permanendum in conciliatione & caritate ſui. *Sen. ep.* 121.
Videbis quæ alijs inutilia ſunt, ſibi ipſis non deeſſe. *Id. ibid.*
Non enim utilius quidquam eſt, quàm ſibi utilem fieri. *Idem.*
- - Arcanos vitæ melioris in uſus
Sepoſuiſſe juvat. - - - *Sil. Ital.*
Et perſonarum prima, vocatur ego. *Oven.*

Boday ćię ſrogie nieſzcześćie wżięło! vel *Boday z piekłá &c.*
Dîj tibi dent nulloſq; lares inopemqvè ſenectam. *Ovid.*
Te rota, te ſcopuli, te ſitis inter aquas
Conficiat. - - - *Propert.*
O utinam cœliq; Dijs Erebiq; liceret
Hoc caput in cunctas damnatum exponere pœnas. *Virgil.*

Te volitent animæ circum, ſua fata querentes;
Semper & ex tectis Strix violentá canat.
Tibull.
Poſt te agat è trivijs aſpera turba canũ. *Id.*
Nunc ſumme toto Jupiter qui cœlo tonas,
Intende dextram, vindices flammas para;
Omnemq; ruptis nubibus mundum quate.
Sen. in Med.
Boday mi w przod ręce uſchły!
- - - Veneris iſte
Si furor optârim non habuiſſe man9. *Tibul*
Boday z piekłá nie wyjzrzał! v. *Boday ćię ſrogie &c.*
Vel tu Tantaleâ moveare ad flumina ſorte;
Ut liquor arenti fallat ab ore ſitim!
Vel tu Siſyphios licèt admirêre labores;
Difficile ut toto monte volutet onus!
Propert.
- - - Volucer te torqueat axis;
In tua mánſurus migret præcordia vultur.
Claud.
Te cita præcipiti vinctum rota differat orbe; (tactum
Vel jecori procumbat ales; vel fulmine
Ætna capax monſtri, rapidos quà plurim9 ignes
Egerit Enceladus, crepitantibus hauriat antris. *Barcl.*

Boday-

Bodaybym ja skłamał! v. *Day Boże &c.*
Sed tibi nè videar Dodonâ verior augur.
Prop.
Ista sed æthereas vanescant dicta per auras. *Ovid.*
- - - Venti temeraria vota
Aériæ & nubes diripienda ferant. *Tibull.*
- - - Hæc sed Caurusq; Notusq;
Jactet ad oratos vota per Armenios. *Maßen.*
Bodayby się nie śniło!
Excidat illa dies ævo; nec postera credant
Sæcula. - - - - *Sil. Ital.*
Mens fugit, atq; tantis inhorrescit malis.
Sen. Herc. fur.
Bodajeś się udawił!
Boletum, qualem Claudius edit, edas.
Mart. l. 1. ep. 20.
Bog ci to nagrodźi.
Odio non damnamus, sed inter ea relinquimus, quæ ad vindices Deos remittimus. *Sen.*
Bog cię zá moję dobroć skarze.
Jam dudum peccas, si mea fata petis. *Ovi.*
Bog mię nie opuśći.
- - Neq; enim mihi Numina longè,
Transiêrit fortuna licèt. - - *Virgil.*
Inveni, promitto viam, nec Numina desunt. *Idem.*

Dîj quoq; habent oculos, Dîj quoq; pe-
ctus habent. *Ovid.*

Bog mię wysłuchał.

- Assensit precibꝰ Rhamnuscia justis. *Stat.*
Vota suos habuêre Deos. - - *Claud.*
Justus adest votis Jupiter ipse meis. *Ov, epist. 6. Her.*

Bog nie rychło, ále dobrze karze. v. Do czásu dzban &c.

Sera licèt sunt tela Jovi, nec protinꝰ omne
Ad scelus armato turbet sua sidera nimbo;
At vigili stat mente memor, pænasqvè
merentûm
Annumerat Nemesi justâ. - - *Stat.*
Dominare tumidus, spiritus altos gere:
Sequitur superbos ultor à tergo Deus.
Sen. Herc. fur.
- - - - Crimina patras,
Nesciꝰ ultorem post caput esse Deũ. *Tibul.*
Dij laneos pedes ad ulciscendum, sed ferreas manus ad plectendum habent.
Adag. Græc.
Pæna erîs ante meos, sera sed ampla pedes. *Propert.*

Bog świádek.

Viderit ista Deus, qui nunc mea pectora
versat. *Ovid.*
Audiat hæc genitor, qui fœdera fulmine
sancit. *Virg. 12. Æn.*

Cœ-

Cœlum hoc & conſcia ſidera teſtor. *Ovid.*
Præſentiſſimi Dij ſunt, nec uſquequaqve
per ſua Numina proteſtantes fallunt.
Bog ták chćiał. *(Barcl.*
- - Sic Parcarum fœdere cautum. *Stat.*
- - - - Sic Atropos urget. *Idem.*
Sic cecinit longæva Themis. - - *Idem.*
-- Duris hæc ſedit ſententia Parcis. *Id.*
-- Cuncta hæc Superûm demiſſa ſupremâ
Mente fluunt. - - - *Id. l. 5. Theb.*
Hoc ignes fibræq́; volunt, hoc urget A-
pollo. *Sil. Ital.*
Sic fata juravêre, toto
SicSuperi ſtatuêre cœlo. *Sarbie.l.4.O.38*
- - - Sic magna Sacerdos
Eſt mihi divino vaticinata ſono. *Tibull.*
Omne ſub arbitrio deſinit eſſe Dei. *Ovid.*
Nêrunt fatales fortia fila Deæ. *Id.*
Signat tempora proprijs
Aptans officijs Deus;
Nec quas ipſe coërcuit,
Miſceri patitur vices. *Boët. l.1.metr.6.*
- - - - Providus ætheris
Sic ordo ſanxit. - - - *Avanc.*
Bog tego nie potrzebuje.
Non fibris pecudum, vel parvi ſanguinis
hauſtu
Numen eget. - - - - *Barcl.*

Jupiter ambrosiâ satur est, & nectare vivit;
Nos tamen exta Jovi, thura merumqvè damus. *Ovid.*

Bog wßytko widźi. v. Szydło &c.

Deus interest animis nostris, & cogitationibus medijs intervenit. *Sen. ep.* 83.

Omnium illis (*scilicet Dijs*) rerum per manus suas iturarum scientia in aperto semper est: nobis ex abdito subit; & quæ repentina putamus, illis provisa veniunt, ac familiaria. *Id. l.* 4. *c.* 32. *de Ben.*

- - - Nunquam oblita decoris
Obscænam latebram pietas ignava requiret. *Claud.*

Extruite immanes scopulos, attollite turres,
Cingite vos fluvijs, vastas opponite sylvas:
Non dabitis murum sceleri. - - *Claud.*

- - - Lux altissima fati
Occultum nîl esse sinit. - - *Id.*

- - - Latebrasqvè per omnes
Intrat, & obscuros explorat fama recessus. *Idem.*

Acta Deos nunquam mortalia fallũt. *Ovid.*

- Innocuè vivite, Numen adest. *Id.*

Nec tibi celanti fas sit peccare sceleste;
Est Deus, occultos qui videt esse dolos. *Tibull.*

Claudat te Niobe viscere saxeo,

In venisq; tegant Marmaricæ suis
Cautes, non refugis usqve
Censores oculos DEI. *Ines.*

Bogáty. v. Pan od morzá &c.

Huic magnæ cumulantur opes, orbisqvè tributa. *Claud.*
Quidquid luce procul venas rimata sequaces
Abdita pallentis fodit solertia Bessi,
Possidet. - - - - - *Lucan.*
Cum Dîjs potandas nectare miscet aquas. *Ovid.*
Quinq; greges illi balantûm, quinq; redibant
Armenta, & terram centum vertebat aratris. *Virgil.*

Bogu to sámemu przypisáć, oddáć.

Sed quò fata trahunt, virtus secura sequetur. *Sil. Ital.*
Dîjs grates laudemq; fero, sub nomine quorum
Gens Trojana sumus. - - - *Virgil.*

Bojáźliwy. v. Tchorzem &c.

Hi sunt, qui trepidant, & ad omnia fulgura pallent,
Cùm tonat, exanimes primo quoq; murmure cœli. *Juven.*

Boli gárdło śpiewáć dármo.

In steriles campos nolunt juga ferre juvenci;

 Pin-

Pingue solùm lassat, sed juvat ipse labor. *Mart. l. 1. ep. 107.*

Est labor ingratus, quem præmia debita fallunt. *Oven.*

Et gratis pœnitet esse bonum. *Ovid.*

Tolle præmia, virtutes sustulisti. *Neot.*

Boże day to!

Hoc precor, hunc unum nobis aurora nitentem

Luciferum roseis candida portet equis! *Tibull.*

Si quid veri mens augurat, opto. *Virgil.*

--- Dij nostra incæpta secundent. *Idem.*

Bożeć day wßytko dobre!

-- Pede inoffenso spatium decurre vitæ

Dignꝰ es, & fato candidiore frui. *Ovid.*

Digne Midæ Crœsiqvè bonis, & Perside gazâ. *Stat. l. 1. Silv.*

- - - - Cujus stagnantia rura

Debuit & flavis Hermus transcurrere ripis,

Et limo splendente Tagus. - - *Id. ibid.*

Dij tibi (si qua pios respectant Numina, si quid

Usquam justitiæ est, & mens sibi conscia recti)

Præmia digna ferant. - - *Virg. 3. Æn.*

Boże tego nie dáy. v. *Bodáybym ja &c.*

Dij precor à nobis omen removete sinistrum! *Ovid!*

Fac *Deo*, in ventos hic timor omnis eat. *Id.*
Dîj prohibete nefas. - - - *Idem.*
- - - Sed dira avertite Divi. *Sil. Ital.*

Brát á brát. v. *Jedná to burſá.*
Sunt duo corporibus, mentibus unus erat. *Ovid.*
Alternusq; animæ cũ Caſtore Pollux. *Stat.*

Buczno, á w pięty żimno.
Sub honore nobilitatis laborans ingensq; paupertas. *Sen.*
Magnarum poteſtatum falſa lux verberat intuentem. *Idem.*
Crura ſonant ferro, ſed canit inter opus. *Propert.*
Aſpernatur par eſſe gentibus, nec quâ virtute tantum attollat ſupercilium, habet. *Barcl.*

By naylepſzy, muśi śię rozgniewáć. v. *Biedna muchá &c.*
Sit placidus licèt, & lambat digitosqvè manusqvè;
Si dolor, & bilis, ſi juſta coëgerit ira,
Urſus erit. - - - *Martial. l. 6. ep. 64.*
Vapor quoq; & lenes auræ in nubibus preſſæ exclamant. *Barcl.*
Iratus amor, magnus dolor eſt. *Sen.*

By śię kopy ſtáło.
Ardor, inexpertum nîl ſinet eſſe, meus. *Ovid.*

Per Styga detur iter; Stygias trânâbimus undas. *Lucan.*
Restat iter cœlo? cœlo tentabimus ire. *Sil. Ital.*
Omnia perpetiar, sævus licèt urgeat Eurꝰ,
Velaqvè in incertum frigidus Auster agat. *Propert.*
Qui nîl potest sperare, desperet nihil. *Sen. in Med.*
Cæcus est ignis stimulatus iræ,
Nec regi curat, patiturvé frænos;
Haud timet mortem? cupit ire in ipsos
Obvius enses- *Id. ibid.*
Pro magnæ spei felicitate, in quam vivitur, sceleratè de oblato periculo timetur. *Barcl.*
Bydź kozie ná wozie. v. *Do czasu dzban &c.*
Capta serò vides Pergama, capta tamẽ. *Ovi.*
- - Timeat tandem Carthago timeri
Assueta. - - - *Sil. Ital.*
Statq; dies ausis olim tam tristibus ultor. *Idem.*
Quisquis videtur dimissus esse, dilatus est. *Sen. c. 4. de Prov.*
Sis licet cautꝰ, non vitabis cautes. *Thesaur.*
Sic ubi pulsârunt celsi latera ardua fluctꝰ
Vastiùs insurgens decimæ impetus undæ. *Ovid. 2. Met.*

Byle dźiś.
- - - Prævaluit tandem. Omne fusurum
Deſpicitur, ſuadentq; brevem præſentia
fructum. *Stat.*
- - - Nec perdita curant;
Dum ſupereſt aliquid. - - *Claud.*
Lætus in præſens animus, quod ultrà eſt,
Oderit curare. - - *Horat.*
Byle poczćiwie.
Innocuos poteſt cenſura permittere luſus.
Mart. l. 1. ep. 4.
Bywa pod wozem, kto bywa ná wozie.
- - Propiùsqvè fuêre perîclo,
Quêis ſuperare datum. - - *Sil. Ital.*
Tu quoq; fac timeas, & quæ tibi læta videntur,
Dum loqueris, fieri triſtia poſſe puta.
Ovid.
Quem dies vidit veniens ſuperbum,
Hunc dies vidit veniens jacentem. *Sen. in Thyeſte.*
- - - Imoq; ſub æquore mergit,
Incolumem toties una procella ratē. *Ovid.*
Humanæq; memor ſortisquæ tollit eosdē,
Et premit, incertas ipſe verere vices. *Id.*
At tu, qui lætus rides mala noſtra, caveto;
Mox tibi non vanus ſæviet ipſe Deus.
Tibull.
Ver-

Verſata, dominos urna captivis dedit. *Sen. in Troade.*
Fortuna neſcit quieſcere, gaudet lætis triſtia ſubſtituere, & utraq; miſcere. *Sen. l. 3. qu. nat. in Præf.*
Iſta quibus veheris in ſummum, neſcis ubi te relictura ſunt. *Id. ibid.*
In melius adverſa, in deterius optata vertuntur. *Id. ibid.*
Erratis; ſi quem judicatis exceptum: veniet ad illum diu felicem ſua portio. *Id. c. 4. de Provid.*
Nullius rei eodem loco ſtare ſemper fortunam. *Id. c. 8. ad Helv.*
- - - - Valet ima ſummis
Mutare, & inſignem attenuat Deus. *Horat. 1. Carm. O. 34.*

C.

CHciałáby duſzá do Ráju. v. *Y chce &c.*
Difficile eſt, animum perducere ad contemptum periculi. *Sen. ep. 16.*
Nec vivere, nec mori volumus: & vitæ nos odium tenet, & timor mortis. *Id. ib.*
Deſtituebat animi impetum, corpus invalidum. *Barcl.*
Chcącemu nie máſz nic nie podobnego.
Annibali oppoſuit natura Alpesq; nivesq;,
Diduxit ſcopulos, & montem rupit aceto. *Juven.*
Et

Et Syrtes audax ſperat ſibi cedere virtus.
Lucan.

Eodem momento, ſi vis, cum quolibet paria feciſti. *Sen. l. 2. c. 31. de Beneſ.*

Quid tibi opus eſt, ut ſis bonus? velle. *Idem ep. 80*

Velle, poſſe eſt. *Idem ep. 115.*

Quidquid fortuna & natura tradit, & æquale eſt omnibus, & ſtatim. *Id. ibid.*

Acerrimus quiſq; labor ſæpè ad recordationem oblectationis manſueſcit. *Barcl.*

Chcący zepſowáć náprawił; chcący náprawić zepſował.

Multi cæcitate odij in ſuffragium impingunt. *Sen.*

Subindè remedijs incitatur vitium. *Id.*

In prælio poteſt accidere, ut telum meum in commilitonem manus dirigat, aliquo errore decepta, & hoſti tanquam meo parcam: ſed hoc, & raro accidit, & non vitio meo; cui propoſitum eſt hoſtem ferire, civem defendere. *Id. l. 4. c. 34. de Beneſ.*

Dulcia mella necem, vitam dedit horridus ſerpens. *Claud. bell. Get.*

Chćiey, á śmiey. v. Tylko śmiey &c.

Fac velis, & poteris. *Sen.*

Juxta Deos, & in manu tua poſitũ. *Tacit.*

— Au-

- - - Audenti fortuna favorem
Sæpè tulit, pavidoq; vetat gaudere triumpho. *Paling.*
Aſſiſtas operi, tuaq; omina firmet. *Stat. l. 1. Theb.*
Nihil eſt, quod non expugnet pertinax opera, & intentata ac diligens cura. *Sen. ep. 50.*
Voluntas tua opus eſt, & opera tua voluntati obediunt. *Orig.*
Potentia rem impensè volentis immetata eſt. *Nèót.*
Velis, & audebis; imò velis, & poteris. *Id.*
Chleb ma rogi. Káždy tłuſty, bywa puſty.
- - - - Proclivior uſus
In pejora datur, ſuadetq; licentia luxum. *Claud.*
Difficilis res eſt, opibꝰ non tradere mores,
Et cùm tot Crœſos viceris, eſſe Numam. *Martial.*
- Ut opes nimias mundo fortuna ſubacto
Intulit, hinc mores rebus ceſsêre ſecundis. *Ovid.*
- - - - Menſasqvè priores
Aſpernata fames. - - - *Lucan.*
Cicures aliàs feræ liberaliore annonâ inſoleſcunt. *Barcl.*
Chleb z ſolą, á z dobrą wolą.
-- Su-

- - - Super omnia vultus
Accesſêre boni, nec iners pauperq́; voluntas. *Ovid.*
Ruſtica ſedulitas gratior arte fuit. *Id.*
- - - Figendaq́; ſenſibus addit
Verba, quibus parvi geminatur gratia doni. *Claud.*
Eo animo quodq́; debetur, quo datur; nec quantum ſit, ſed à quali profectum voluntate. *Sen. ep.* 81.
Multò gratius venit, quod facili, quàm quod plenâ manu datur. *Id.*
Regum æquavit animos, qui exiguum tribuit, ſed libenter. *Idem.*
Chlebem gębę zatkáć.
-- Emiturq́; metus, cùm ſegne potentes
Vulgus alunt. - - - *Lucan.*
- - Et irarum cauſas, & ſumma favoris
Annonâ momenta trahi. - - - *Idem.*
Officia etiam feræ ſentiunt, nec ullum tam immanſuetum animal eſt, quod non cura mitigat, & in amorem ſui vertat. *Sen. c.* 3. *de Benef.*
Leonum ora impunè à Magiſtris tractantur, & elephantorum feritatem uſqve ad ſervile obſeqvium demeretur cibo. *Idem ibid.*
Chlebem przyjaćielá zprobowáć. v. *Zá ßczęśćiem &c.*

Qui

Qui ſocius menſæ eſt, verumnè reris amicum?
Tolle epulas, noſces quàm tibi fidus erit. *Oven.*
Quem tibi divitiæ peperêre, eſt falſus amicus;
Argentum, non te, diligit ille tuũ. *Id.*
Chłopá w korzec nie mierzáć.
- - - Nec non in corpore noſtro
-- Pectora ſunt potiora manu. *Ovid.*
Major in exiguo regnabat corpore virtus. *Stat. 7. Thel.*
Corporis exigui vires contemnere noli. *Ovid.*
A cane non magno ſæpè tenetur aper. *Id.*
Quid valeam, neſcis, & te mea robora fallunt. *Id. ep. 16. Her.*
-- Exiguis vigor (admirabile) membris
Vividus, & magnos niſu qui vinceret artus. *Sil. Ital.*
Ea parvulorum eſt indoles, ut corpore
Sit animus illis grandior pedes decem. *Greg. Nazianz.*
Corpora opima taurorum exiguo concidunt vulnere, & magnarum virium animalia humanæ manûs ictus impellit. *Sen. c. 6. de Benef.*
Habiliora ſunt corpora puſilla, quæ in arma ſua contrahi poſſunt, quàm quæ ſuper-

superfunduntur, & undiq; magnitudo sua vulneribꝰ objecit. *Id.c.8.de Tranqu.*

Nè despicias debilem in conversatione ejus; nam culex fodit oculum leonis.
Lips. ex Prov. Arabum.

Chmura sie.

- - - Latet obsitus aër; (tus
Infernæ patuêre domûs; nimbisq; grava-
Deprimitur, fluctusq; in nubibus accipit
imbrem. *Lucan.*

- - - - Plurimus Auster
Inglomerat noctem. - - - - *Stat.*

-- -- -- -- Undiqve pigræ
Ire vetant nubes, & turbidus implicat aër.
Idem.

-- -- -- Venti velut agmine facto
Quà data porta, ruunt, & terras turbine perflant. *Virg. 1. Æn.*
Eripiunt subitò nubes cœlumq; diemq;
Teucrorum ex oculis, Ponto nox incubat atra. *Id. ibid.*

-- -- -- Subitis horrescit turbida nimbis
Tempestas, ruptoq; polo micat igneus æther. *Sil. Ital. l. 4.*

-- -- -- -- Jupiter atrox
Et ventos simul, & nubes, & grandinis iras,
Fulminaq; & tonitrus, & nimbos conciet atros:

Concussu tremuêre poli, cœlũq; tenebris
Clauditur, & terras cæco nox condit amictu. *Id. l.* 12.

Choć nie masz pieniędzy, nie pokázuy nędzy. v. *Buczno &c.*

Quin sub magnificis pauperiem pati
Novit Roma tholis. -- -- *Ines.*

Choć się zgrzeszyło, ále czemu, było.

Erroremq; suũ, quo tueatur, habet. *Ovid.*
Error, qui facti crimen obumbret, erit. *Id.*
Si fuit errandum, causas habet error honestas. *Id.*
Non equidem totam possum defendere culpam;
Sed partem nostri criminis error habet. *Id.*
Ipse quidem placuit mendis in talibus error. *Id.* 3. *de Pont. el.* 1.

Choćby cię pieczono, warzono, nie powieday. v. *Nie przyznay się &c.*

-- -- -- -- Occule totum,
Perq; Deos omnes te meminisse nega. *Tibull.*
Propone flammas, vulnera, & diras mali
Doloris artes, & famem, & sævam sitim,
Et quidquid audet victor iratus, nego. *Sen. in Troade.*

Chudoba cnoty nie traci.

-- -- -- -- Gentisq; superstes
Sanguis, & in miseris animorum semina durant. *Stat.*

For-

Forma vigorq́; animi, quamvis de plebe videbar,
Indicium rectæ nobilitatis erant. *Ovid.*
Sum, fateor, ſemperqvè fui Calliſtrate pauper,
Sed non obſcurus, nec malè notus eques. *Mart. l. 5. ep. 13.*
-- -- Neglecta comam, nec dives amictu;
Regales tamen ore notæ, neç merſus acerbis,
Extat honos. -- -- *Stat. l. 4. Theb.*
-- -- -- -- Nec conſçia fallit
Virtus preſſa loco. -- -- -- *Sil. Ital.*
-- -- -- -- Fortunaqvè perdit
Oppoſitâ virtute minas. - - - *Lucan.*
Quemcunq́; fortem videris, miſerum nega. *Sen. in Herc. furen.*
Quanquam inter adverſa, ſalus eſt virtuti. *Tácit.*
Quamdiu ſalva fuerit virtus, non ſenties quid abſceſſerit. *Sen. ep. 74.*
Quos olim coluimus, obſervantia illorum in integro eſt, quamvis fortuna delapſa. *Mamert.*
Poterimus perſpicere virtutem, etiam paupertate oppoſitâ obrutam; & objacentibus humilitatis tenebris, diaphana erit. *Neot.*
Quamvis Pæni pulchra leones

Vincula geſtent, manibusq́; datas
Captent eſcas, metuantq́; trucem,
Soliti verbera ferre, magiſtrum:
Si cruor horrida tinxerit ora,
Reſides olim redeunt animi.
Fremituq́; gravi meminêre ſui. *Bôet. l. 1. metr.. 3.*

Chudy pacholek lepiey ſię ma, niż Pan. v. *Łakomy nigdy nic nie ma.*

-- -- Mundi dominis ſecurius ævum
Verus pauper agit. -- -- -- *Lucan.*

--- Miſera eſt magni cuſtodia censûs:
Alma qvies, parvisqvè habitat concordia tectis. *Juven.*

-- -- -- -- -- Felices,
Innocuæ quibus eſt vitæ
Tranquilla qvies, & læta ſuo,
Parvoqvè domus, ſpes & in agris:
Turbine magno ſpes ſollicitæ
Urbibus errant, trepidiq́; metus. *Sen. in Herc. Oct.*

Pleriqve regiâ felicitate in privata fortuna abundamus. *Barcl.*

Pectora pauper ſecura gerit;
Tenet è patula pocula fago,
Sed non trepidâ tenet ipſe manu;
Carpit faciles, vigilesqvè cibos:
Aurea miſcet pocula ſanguis. *Sen. in Herc. furen.*

-- Nul-

-- -- -- Nullius indigus
Hic eſt ditior omnibus. *Avanc.*
Chwałá káżdego wzbudźi. v. Dla chwały &c.
Decet magnanimitas quemlibet mortalē, etiam illum, infra quem nihil eſt. *Sen. ep.* 10.
-- -- -- Extingvi, labiqvè videmur
Gloriâ. -- -- -- -- -- *Sil. Ital.*
Inqvè dies avidum ſurgens caput altiùs effert. *Virg.* 3. *Georg.*
Quæſita multo ſanguine gloria,
Reperta multo. -- -- -- *Sarb. l.* 4. *o.* 37.
-- -- Vitamqvè volunt pro laude paciſci. *Virg.* 3. *Æn.*
Inceditqvè animum famæ venientis amore. *Id.* 6. *Æn.*
-- Juvenem ſtimulis immanibus æmula virtus
Exacuit. -- -- -- *Claudian. de Bello Gild.*
Quadrupedes rapidi inter certamina curſûs
Depexæqvè jubæ, plauſaqvè colla juvant. *Ovid.*
Profuit admiſſo ſubdere calcar equo. *Id.*
--- Nîl vitæ peragi ſine laude placebat. *Sil. Ital.*
Chwal Páná ják możeſz.
Quælibet officio cauſa ſit apta tuo. *Ovid.*
Etſi nullus erit pulvis, tamen excute nullum. *Id.*

Tam mala Pompeij, quàm prospera mundus adorat. *Lucan.*
Fac modò quas partes ille jubebit, agas. *Ovid.*
Summatibus famulari, est patientiæ hostia, mortificationis explicatio, & martyrij eruditio. *Neot.*
Chwali bursá z niego.
-- -- -- Totus popularibus auris
Impelli, plausuqvè sui gaudere theatri *Sil. Ital.*
Cuncta etiam fortunæ, ad gloriam vertit. *Tacit.*
Quisqve sua facta extollentes, falsò aut majora verò. *Idem.*
Vacuis trophæis insignem titulum scribit. *Thesaur.*
Herba parietina super omnia culmina gliscit. *Neot.*
Chyży jáko pień ná ptaki.
Quàm longa Danais semper in portu mora!
Seu petere bellum, petere seu patriam volunt. *Sen. in Troade.*
- - Nec quidquam avidos extendere cursus
Velle videmur, & in medijs conatibus ægri
Succidimus. - - - - - *Virg. 12. Æn.*
Cicha wodá brzegi podrywa.
Ubi tranquilla tibi omnia videntur, ibi nocitura non desunt, sed quiescũt. *Sen.*

Nullum eſt periculoſius vitium, quàm quod ſpecie virtutis abſconditur. *Id.*
Humilis unda, ſed ſcrupeis mendax vadis, clauſus vorticibus tegitur fallax Caphareus. *Idem.*
Omni ſereno proximum malū eſſe. *Barcl.*
Scito ex his pacatis nubibus fervere pleraſqve procellarum. *Idem.*
Fidamq; negant ſuſpecta ſilentia pacem. *Stat.*
Ubi nec cauſas, nec apertos cernimꝰ ictꝰ,
Undeqvà conveniant tot mala, cæca via eſt. *Prop.*
Qui loquitur Curios, aſsertoresqvè Camillos,
Nolito fronti credere. *Mart. l.1. ep.23.*
Tempeſtas minatur antequam ſurgat; crepánt ædificia antequam corruant; prænunciat fumus incendium: ſubita ex homine pernicies, & eò diligentiùs egitur, quò propiùs accedit. *Sen. de Tranqu.*
Cieniu ſię ſwego boi. v. Tchorzem pod ſzyty.
-- - Vani terretur imagine visûs. *Lucan.*
-- - Sequitur falſi terroris imago. *Id.*
-- --Subitâ gelidus formidine ſanguis
Diriguit. -- -- -- -- *Virg.*
Obſtupuit, gelidusqvè comas erexerat horror. *Ov. ep. 5.*

Ille diu pavidus, pariterqvè cum mente colorem
Perdiderat, gelidoqvè comæ terrore rigebant. *Id. 5. Met.*
Stat terror animis, & cor attonitum ſalit,
Pavidumq́; venis trepidis palpitat jecur.
Sen. in Herc. Oet.

Cnotá grunt: więcey waży niżeli Szlachectwo.

Sit licèt hic titulus plenis tibi fructibus ingens,
Ipſa tamen virtus ordine major erit. *Ovid.*
Ornatur proprijs induſtria donis.
Ad alliciendas mentes hominum ingens honeſti potentia: cujus pulchritudo animos circumfundit, & delinito admiratione luminis ſui ac fulgoris rapit.
Sen. l. 4. c. 14. de Ben.
Tota licèt veteres exornent undiq́; ceræ,
Atria, nobilitas, ſola eſt atq́; unica virtus.
Juven. Sat. 2.
-- Non cenſus, nec clarũ nomen Avorũ,
Sed probitas magnos ingeniumqvè facit. *Ovid.*

Cnotá ſámá ſobie zyſkiem jeſt, ſámá ſię płáci.

Ipſa quidem pretiũ virtus ſibi, ſoliq́; latè
Fortunæ ſecura nitet. -- -- *Claud.*
Rerum honeſtarum pretium in ipſis eſt.
Sen. l. 4. c. 1. de Benef.
Poſſe virtutem ſine præſidio fortunæ, quò con-

contendiſſet, labore & conſtantiâ pervenire. *Cic. Orat. pro M. Scauro.*

Ipſa ſibi virtꝰ pulcherrima merces. *Claud.*

Rectè factorum fructus ſit, feciſſe: nec ullum virtutum pretium dignum illis, extra ipſas. *Sen. c. 1. de Clem.*

Virtus utilitates relinquit, ipſo benè faciendi opere lætiſſima. *Id. l. 4. c. 14. de Ben.*

Virtus virorum, dat pretium ſibi,
Nec ambit externos honores
Ipſa ſuis trabeata flammis. *Avanc. Elog. Cæſ.*

Vilius argentum eſt auro, virtutibus aurum. *Horat. epiſt. 5.*

Cnotliwy. v. *Bez żołci.* v. *Mogłby go ná ránę* &c.

Non illo melior quiſquam, nec amantior æqui. *Ovid. 1. Met.*

Vir bonus, & pauper, linguâqvè & pectore verus,
Et ſemper verâ ſimplicitate bonus. *Mart. l. 4. epigr.*

-- -- -- Sed ſunt tua pectora lacte,
Et non calcatâ candidiora nive. *Ov. l. 2. de Ponto.*

-- Felix ſimplexqvè domus fraudumqvè malarum
Inſcia, & hoſpitibus ſuperis digniſſima ſedes. *Stat. l. 3. Silvar.*

Rex erat Æneas nobis, quo justior alter
Nec pietate fuit, nec bello major & armis.   Virg. 2. Æn.

Invenire amicitias, & colere optimus; nudis inter sinceros affectibus. *Barcl.*

Co bądź, to bądź; już to prożno; nie psuy mi głowy. v. *Ná dwojem &c.*

Seu temerè expecto, seu hoc contingere fas est,
Tu mihi, quod cupio, fas precor esse proba.   *Ovid.*

Co Bog dał, to jest.

Sunt & opes nobis, & sine crimine mores.   *Ovid.*

-- Quantùm Gargara seminant,
Quantùm Sardus arat, nescio:
Sed meis nunquã limitibꝰ miser. *Incer.*

Non bibit è gemma divite nostra sitis.   *Prop. l. 3.*

Co Bog dał, to w kobiałkę. v. *Zazyway świátá.* &c.

Dona præsentis cape lætus horæ. *Horat.*

Co Bogu, to Bogu.

-- -- -- Altaria fument
Centum festa Jovi, centum cadat hostia cultris.   *Juven. Sat.* 12.

Junonis magnæ primum prece Numen adora:

Juno-

Junoni cane vota libens, dominamqvè potentem
Supplicibus ſupera donis. -- *Virg.2.Æn.*

Coby rad widźiał, to mowi. v. *Obietnicá głupiemu &c.* (*vid.*

Prona venit cupidis in ſua regna fides. *O-*

Plerumqve temerè vovemus, quod inconſultè ſperamus. *Ines.*

Oraculum eſt ſua cuiq́; cupiditas. *Idem.*

Co chce, to czyni. v. *Ni czći &c.*

Certant in omne facinus, & penſi nihil
Ducunt, ubi illos ira præcipites agat:
Nefasq́; nullum, per nefas nati, putant. *Sen. in Theb.*

Virtutem temerat populus, luxuq́; ſolutũ
Omne decus, multâqvè oppreſſum nocte pudorem. *Sil. l. 4.*

-- -- -- -- Quamq́; impetus egit,
Hâc ſine lege ruunt. -- -- *Sil. Ital.*

Libidinem ac licentiam ſuam pro lege habebat. *Barcl.*

Co dáley, to gorżey. v. *Im dáley w lás &c.*

Omnibus invenies, qui nunc jactantur in alto,
Lene fuiſſe fretum, -- -- -- *Ovid.*

Aſſumit vires, auctaq́; flamma, morâ. *Id.*

Co dom ma, proſſę.

Da veniam menſis, nullisq́; paratibus oro. *Ovid. 3. Met.*

Non facit ad noſtras hoſtia major opes. *Id.*
Nîl, tibi quod demus, majus habemus, ait.
Mart. l. 10. *ep.* 2.
Non Calabræ mella ferunt apes,
Nec Læſtrygonia Bacchus in amphora
Langueſcit mihi. -- -- *Horat.*
Hæc mea militia eſt; gerimus, quæ poſſumus arma. *Ovid.*

Co głowá, to rozum.
Quemq; ſuæ rapiunt ſcelerata in prælia cauſæ. *Sil. Ital.*
Vulgus, immane, & multorum capitum pluralitate monſtrum diſcors. *Neot.*
Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus. *Virgil.* 2. *Æn.*

Co kogo dolega, nikt tego nie czuje.
Sed ſum, quàm Medico, notior ipſe mihi. *Ovid.*
Non eadem res eſt, ſentire, & demere morbos. *Idem.*

Co kto záſłuży, niech ćierpi. v. *Jáka práca &c.*
Leniter, ex merito quidquid patiêre, ferendum:
Quæ venit indignè, pœna dolenda venit. *Ovid.*
Æquo animo, pœnam qui meruêre, ferunt. *Idem.*
-- -- -- -- Dent ocyùs omnes
Quas meruêre pati (*ſic ſtat ſententia*) pœnas. *Virg.* 11. *Æn.*

Co

Co muſzę, to rádł uczynię.

Quandoquidem res non ſuccedunt, ut volumus; at nos velimꝰ, ut ſuccedunt. *Ariſt.*

Cupias, quodcunqve neceſſe eſt. *Lucan.*

Eundum eſt, quà ducimur. *Sen. l. 6. c. 6. de Beneſ.*

Tranſeamus in ea, in quæ nos caſus deduxit. *Id. c. 14. de Tranquil.*

Boni viri laborant, impendunt, impenduntur, & volentes quidem; non trahuntur à fòrtuna: ſeqvuntur illam, & æquant gradus; ſi ſcîſſent, anteceſſisſent. *Id. c. 5. de Provid.*

Omnia quæcunq́; non habes, non potes velle habere; quæcunqve autem non habes, potes non velle. *Id. ibid.*

Æquo animo toleres oportet, quidquid intra fortunæ areã geritur. *Bòët. l. 1. pr. 6.*

Sapiens neceſſitatem effugit, quia vult, quod ipſa coactura eſt. *Sen. ep. 50.*

Etiam ignaviſſimis animus eſt, non vitandi inevitabilia. *Id. ep. 30.*

Sic animum componamus, ut quidquid res exiget, id velimus. *Id. ep. 61.*

-- -- -- Nec turpe puto,
Quidquid miſeros fortuna jubet. *Id. in Troade.*

-- -- Tam velle mihi, quàm poſſe neceſſe. *Lucan.* -- Im-

-- Impiger & fortis virtute coactâ. *Id.*
-- Imperio vinci majore fatemur. *Virgil.*
Æn. 3.
Co nagle, to źle. v. *Co śię prętko wźnieći &c.*
Qui properant, nova musta bibant, mihi
fundat Falernum
Consulibꝰ priscis condita testa merum.
Ovid.
Nihil ephemerum, nisi quod parit impe-
tus. *Thesaur.*
--- --- --- Innumeros parit
Nox una fungos; sic minores
Spe citiùs vegetantur herbæ. *Ines.*
Nihil ordinatum est, quod præcipitatur,
& properat. *Sen. ep.* 40.
Fugitiva successuum repentinorum volu-
ptas; ut occupat, sic relinquit. *Pacat.*
Co śię łyso urodźi, łyso zginie. v. *Czego śię no-*
wa &c. v. *Wronie &c.*
Vindicat omnes natura sibi. *Seneca.*
--- Ad mores natura recurrit
Damnatos, fixa & mutari nescia. -- *Juven.*
Naturam expellas furcâ, tamen usqve re-
dibit. *Idem.*
Co śię prętko wźnieći, nie długo śię świeći.
Tempus probat rerum pretia; diuturnæ
esse non possunt, quæ veræ non fuerunt.
Seneca.
Extemporaneæ sapientiæ scintillas statim
exar-

exarſuras; & in hanc tantùm abortivam ſapientiam felices mentes, non diù fœtu ſuo gaudere. *Barcl.*

Nulli fermè & magna bona, & diuturna contingunt: non durat, nec ad ultimũ exit, niſi lenta felicitas. *Sen. ep.* 12. *ad Marc.*

Quæ caſus incitat, citò turbari, & citò arietare. *Id. c.* 1. *de Prov.*

Ficta omnia celeriter tanquam floſculi decidunt: nec ſimulatum, poteſt eſſe diuturnum. *Cic.* 11. *de Offic.*

Rara eſt fortuitis manendi fides. *Boët.*

In illis nihil invenis veri, nihil certi, quæcunq; famæ placent. *Sen. ep.* 76.

Qualitatis veræ tenor permanet, falſa non durant. *Id. ep.* 14.

Quorum admiratio eſt bona vulgo, in diem bona eſt. *Id. ibid.*

Falſi ſplendores fortunæ adinſtar tonitrui fulgure miſti, dum lucent, pereunt. *Neot.*

Quidquid præcipiti viâ
Certum deſerit ordinem,
Lætum non habet exitum. *Boët.*

Nova ſpectacula oſtentui magis, quàm manſura. *Tacit.*

Co się ſtáło, rozſtáć się nie może.

Nè non peccâſſem, mors quoq; non faciet. *Ovid.*

Co

Co w uſtách, to w ſercu. v. *Oko &c.*
Quanta qvies placidi, tanta eſt facundia nervæ. *Mart. l. 8. ep. 68.*
Nec mentis vitio læſa figura tua. *Ovid.*
Index eſt animi ſermo, morumq; fidelis
Haud dubiè teſtis. *Paling.*
Certum, mentiq; parem componere vultum. *Claud.*
Ejuſmodi vocibus agamus, ut voluntas non lateat, ſed aperiatur, ut luceat. *Sen. l. 2. c. 25. de Beneſ.*
Verba ceſſent licèt; ſi quemadmodum debemus, affecti ſumus, conſcientia eminebit in vultu. *Id. ibid.*
--- --- Licèt ipſe neges,
Vultus loquitur, quodcunq; tegis. *Sen. in Herc. Oet.*
Et ſemper nivei vero de pectore riſꝰ. *Barcl.*
Co z oczu, to z ſercá. v. *Czego oko niewidźi &c.*
Co z wozá ſpádło, już to przepádło.
Nemo, quod fuit, tanquam in præterito, ſed tanquam in perdito ponit. *Sen. l. 4. de Beneſ.*
Nè Deum quidem omnia poſſe, nullumqvè habere in præterita jus, præterquã oblivionis. *Plin. l. 1. c. 17.*
Et ſolum ducas, quod fuit, eſſe tuum. *Mart. l. 1. epig. 14.*
Coż

Coż Pan Pánu uczyni?

Nec quenquam jam ferre poteſt Cæſarvé priorem,
Pompejusvé parem. -- -- -- *Lucan.*
Et neq; tu cedis,nec ſe putat ille ſecundū,
Sic votis obſtâs illius, ille tuis. *Ovid.*
Juſta pari premitur veluti cum pondere libra;
Sic nos &c. -- -- -- *Ovid. 1. Met.*
Non eſt admirationi una arbor, ubi in eandem altitudinem tota ſilva ſurrexit. *Barcl.*
Ambo animis, ambo inſignes præſtantibus armis. *Virg. 12. Æn.*
-- -- Si meritis parem
Sortem poſſideam; cur capitis minor
Illum fronte colam meâ? *Ines.*

Cudzemi piorkámi látáć.

Fœmina procedit denſiſſima crinibus emptis,
Proq; ſuis alios efficit ære ſuos. *Ovid.*
Fama refert, populo te Fidentine libellos,
Non ſecùs ac proprios, te recitare meos. *Martial.*
Et noſtri, fructus ille, laboris habet. *Id.*
Quid juvat, ſi quis malè mutuato
Fulgeat auro? *Ines.*
Tumere quamvis exterioribus
Detur, negatur creſcere, de ſuo
Virum æſtimabis. -- *Avanc.*

Viri ſuorum laude domeſticâ
Gaudent laborum, --- *Idem.*

Pyrrhus aquilam ſe eſſe putat, ſed alis militum ſublevatus. *ex Plut.*

Pandora collatis aliundè ſuperba plumis. *ex Fabula Æſopi.*

Cudze proſo ogániáć.

Omnibus verax, ſibi falſus uni. *Sen. Thrag.*

Excuſſus proprijs aliena negotia curat. *Damaſip.*

Nè tua contemnas, aliena negotia curans:
An tibi, te quiſquam junctior eſſe poteſt? *Oven.*

Deſtituor, prudens artis, ab arte mea. *Ovid. ep. 4. Heroid.*

Utilior cuivis, quàm mihi, cura mea. *Id.*

Et video, medicus turpiter æger eras. *Id.*

Quiq; alijs cavit, non cavet ipſe ſibi. *Id.*

--- Alijs qui pandere fata ſolebas,
Ad propriam cladē cæca Sibylla taces. *Id.*

Czaczkiem dźieci łágodzą.

Infanti melimela dato, fatuasq; mariſcas. *Mart. l. 7. ep. 25.*

Pueri tam amiſſis parentibus, quàm nucibus flebunt. *Sen. l. 1. c. 12. de Ira.*

Sumus ſimillimi pueris, quibus omne ludicrum in pretio eſt. Parentibus quippè, nec minùs fratribus, præferunt parvo ære empta monilia. *Id. ep. 115.*

Czapká ná złodźieju gore. v. *Ziadł pies ſádło.*

Pavidos, & conſcientiâ terrefactos, intrat metus. *Sen.*

Se putat infeſto, cùm tonat, igne peti. *Ovi.*

-- -- Sontibus incubat horror. *Barcl.*

-- -- -- Sibi conſcius horret,
Si quid ſecum homines muſſent, nunc dicitur eheu!
De me, nunc recitant noſtræ præconia famæ. *Paling.*

Czárownik z niego.

Ille magas artes damnoſaq; carmina novit. *Barcl.*

Hic medias merſis diffindit cantibus auras,
Et redit in fontes unda ſupina ſuos. *Ovi.*

Membraq; Circæis effæminat acriùs herbis. *Idem.*

-- -- Varios ſuccos. ſqvamasq; requirit,
Serpentûm virides, & adhuc ignota novercis
Gramina. -- -- -- *Claud.*

Cùm libet, hæc (*id eſt Medæa*) triſti depellit nubila cœlo;
Cûm libet, æſtivo provocat orbe nives. *Ovid.*

Czás płáci, czás tráci.

Ut in damna, ita ad incrementa rapidum veloxq; tempus eſt. *Sen. c. 16. ad Marc.*

Primus quisqve dies tanquam optimus placeat,& redigatur in nostrum; quod effugit, occupandum est. *Idem.*
--- Brevis est occasio lucri. *Mart.l.8.ep.8*
Cùm dabit aura viam, præbebis carbasa ventis. *Ov. ep. 7. Her.*
Nunc sere, quod plenâ postmodò falce metas. *Id.*
Tu propera, nè vela cadant, auræqvè resi-dant. *Idem.*
Aut erimus stulti, sic,ut speremus in ipsũ,
Si tam securum tempus abibit iners. *Id.*
Czás płynie, ják wodá ná młynie.
Ipsa quoq; assiduo labuntur tempora mo- (tu;
Non secùs ac flumen : neq; enim consiste-re flumen,
Nec levis hora potest ; sed ut unda im-pellitur undâ,
Urgeturq; prior veniente, urgetq; priorẽ:
Tempora sic fugiunt, pariter, pariterqvè seqvuntur. *Ov. 15. Met.*
Nec quæ præterijt, rursùs revocabitur unda;
Nec quæ jam perijt, hora redire potest. *Idem.*
Properat cursu
Vita citato, volucriq; die. *Sen. Her. fur.*
Heu citò non segnis stat remeatq; dies. *Tibull.*
Tem-

Tempora labuntur, tacitisq́; ſeneſcimus
annis;
Et fugiunt fræno non remorante dies.
Ovid.

--- --. Truditur dies die,
Novæq́; pergunt interire lunæ. *Horat. 2.
Carm. c. 18.*

Ruunt citato tempora Pegaſo. *Avanc.*

Czás po temu.

Pænè ſuis tempus manibus deducit euntem.
Barcl.

Nunc alma ſalus, nunc ſæcula curat
Jupiter. --- --- --- *Idem.*

Czás wßytko odmienia, pſuje. v. *Wßytko ſię plećie. &c.* v. *Zá czáſem.*

Nemo deſperet meliora lapſis;
Nemo confidat nimiùm ſecundis:
Miſcet hæc illis, prohibetq́; Clotho
Stare fortunã, rotat omne fatũ. *Sen. in Thyeſt.*

Res Deus noſtras celeri citatas
Turbine verſat. *Id. ibid.*

Nihil perennat, dente per omnia
Edax vetuſtas paſcitur invido,
Gaudetqvè magnorum ruinas
Funereo ſepelire faſtu. *Avanc.*

Czás wßytko pogodźi.

-- Mora dat vires, teneras mora percoquit
uvas. *Ovid.*

-- -- -- Paulatim atrocibus iræ
Languescunt animis, & vis mollita senescit. *Sil. Ital.*
Quòd ratio nequit, sæpè sanavit mora. *Sen. in Herc. fur.*
Pleraq; tempore mulcentur, & odia quæ silentio fovemus professa, sæpissimè exspirant. *Barcl.*
Tempus, & dies medetur malis, sanitatemqvè animis adfert. *Idem.*
Ærumnarum naturale remedium, ex tempore. *Sen. c. 17. ad Helv.*
Czásu upátrowáć do wßytkiego. vel *Káżdą rzecz &c.*
Non semper credenda Ceres fallacibus arvis,
Nec semper viridi concava puppis aquæ. *Ovid.*
Temporibus certis maturam rusticꝰ uvam
Deligit, & nudo sub pede musta fluũt. *Idem.*
Poma dat autumnus; formosa est messibus æstas;
Ver præbet flores; igne levatur hyems. *Id. 1. Rem. Am.*
Czego naybardźiey zákazują.
-- -- Juvat inconcussa voluptas. *Ovid.*
Sic interdictis imminet æger aquis. *Id.*

Quidquid ſervatur, capimus magis, ipſaq́; furem
Cura vocat; pauci quod ſinit alter, amant. *Idem.*
Utq́; canem pavidæ nactum veſtigia cervæ
Luctantem fruſtrà copula dicta tenet;
Sic mea, lege datâ vincta, atqve incluſa voluntas
Per titulum vetiti nominis ire cupit. *Id.*
Quod licet, ingratum eſt, quod non licet, acriùs urit. *Idem.*
Nunquam apertiùs peccatum eſt, quàm coram prohibente Catone. *Sen. ep. 97.*
-- -- -- Vetitisqvè potiri
Dulcius eſt, ſordent, quæ poſſunt ſemper haberi. *Paling.*
Sunt qui faſtidiant, quidquid propiùs adiêrunt. *Sen. c. 15. de Tranqu.*
Cupiditas relangueſcit, ipſis quæ cupimus fatigatis, & deficientibus. *Idem.*
Apud ſaturum, quorum cupiditas fuit, odium eſt. *Idem.*
Omni ratione poſthabitâ (*ſcilicet Caligula*) nihil tam efficere cupiebat, quàm quod effici poſſe negaretur. *Suet. c. 37.*
Czciy klecho Kantorá. v. *Oſtrożnie z pánięty.*
Cedere cœlitibus, verbisqvè minoribus uti. *Virg.*

Hoc ego, tuq́; ſumus; ſed quod ſumus, non potes eſſe:
Tu quid es, è populo quilibet eſſe poteſt. *Mart. l. 5. Epigr. 13.*

Czego nie wyproſiſz, nie wydrzeſz?
Et majus precibus quàm viribus uti. *Ovi.*
Mollierant duras lenia verba preces. *Id.*
Fortuna precari, non audere jubet. *Ines.*

Czego oko nie widźi, tego ſercu nie żal. Co z oczu, to z ſercá. (*Sen.*
Tolerabilis eſt jactura detrimenti latentis.
Leviùs ſolet timere, qui propiùs timet. *Id. in Troade.*
== Et quantùm oculus, tam procul ibit amor. *Prop.*
Non erit ignotæ gratia magna lyræ. *Ovid.*

Czego ſię nowá ſkorupká nápije, tym ná ſtarość trąći. v. Co ſię łyso &c.
Quod nova teſta capit, inveterata ſapit. *Sch. Sal.*
Quos habuit primos, etiam ſervabit amores. *Stat.*
== Veteres vitiorū in oſſibꝰ ignes. *Propert.*
Ars fit, ubi à teneris crimen condiſcitur annis. *Ovid. 4. Heroid.*
Dilectumq́; diu, quamvis longæva (*ſcil. meretrix*) lupanar
Circuit, & retinet mores, quos perdidit ætas. *Claud. l. 1. in Eutrop.*

Hic vigor, hæc tenui primordia cæpta
juventâ
Tanget & albentes illabefacta comas.
Ovid.
-- Et retinet mores ſenior quos combibit
ætas. *Claud.*
Dedidiſcit animus ſerò, quod didicit diù.
Sen. in Troade.
Heu malè diluitur, teneris quod mentibꝰ
hæſit!
Præſertim durant, quæ didicêre mala.
Oven.
Altera natura eſt habitus; quam junior
artem
Perdiſces, tollet nulla ſenecta tibi. *Id.*
Czego ſobie nie życzyſz, tego drugiemu nie czyń.
Quæ tibi non faceres, alijs feciſſe caveto;
Vulnera nè facias, quæ nequis ipſe pati.
Aecius fab. 34.
Quod tibi vis dici, dicere ritè potes.
Mart. l. 7. *ep.* 28.
Parce precor feſſo, vacuosqvè remitte la-
bores;
Quæ tibi non proſunt, & mihi certò no-
cent. *Id. l.* 10. *epig.* 82.
Czoło zginęło. (chatæ,
Jam validam Ilionei navem, jam fortis A-
Et quâ vectꝰ Abas, & quâ grandævꝰ Aletes
Vicit hyems. -- -- -- -- *Virg.* 3. *Æn.*

Hic patriæ perit omne decus, jacet aggere magno
Patritium, campis commiſtâ plebe, cadaver. *Sil. Ital.*
-- -- -- Fortunæ vulnere primo
Nobile robur abit. -- -- -- *Idem.*
Hìc varia, ante oculos, facies natat æquore toto;
Arma inter galeasq; virûm, criſtasqvè rubentes
Florentis Capuæ, & gaza, & ſepôſta tri-(umpho
Laurens prædâ ducis tripodes, menſæqvè deorum. *Id. l. 17.*

Czułem ja to przez ſkorę.
Sed tanquam ſcirem, mens mea triſtis erat. *Ovid.*
-- -- Multo mens præſaga timore. *Lucan.*

Czy mię kto oczárował?
Num mea Theſſalico languent devota ve-(neno
Corpora? num miſero carmen & herba nocent? *Ovid.*
An me cantatæ læſerunt pellicis herbæ?
An anus, Hæmoniâ, perfida, lavit aquâ? *Prop.*

Czyń, co máſz czynić. v. Chącemu &c. v. Smiey &c.
— — — Fortibus
Inſta conſilijs, & rude nobili
Urge propoſitum manu. *Sarbiev.*

Nunc

Nunc animis opus est Ænea, nunc pectore firmo. *Virg. 6. Æn.*

-- -- Te animo repentem exempla tuorũ,
Et pater Æneas, & avunculus excitet Hector. *Id. 12. Æn.*

--- --- --- Præclara tuentes
Facta viri, mistus dolor & pudor armat in hostes. *Id. ibid.*

D.

DA się námowić.

Flectitur irat9 voce precanteDe9. *Ovid.*

-- -- Preces præcordia ferrea tangunt. *Id.*

Penelopen ipsam (*persta modò*) tempore vinces. *Id.*

Dáleko kusy zájącá.

Non potest in tanta Solis claritate scintilla habere momentum. *Sen. ep. 12.*

Sic niger in ripis errat cùm forte Caystri,
Inter Ledæos ridetur corvus olores. *Mart. l. 1. ep. 53.*

Dispeream si tu Pyladi præstare matellam
Dignus es, aut porcos pascere Pyrithoi. *Id. l. 10. ep. 11.*

-- -- -- Satis est huic esse priori,
Hunc sperare sat est, fieri se posse priorẽ. *Sil. Ital.*

Non ego velivolâ tumidum mare findo carinâ;
Tota ſub exiguo flumine noſtra mora.
Propert.
Quod licet Jovi, non licet bovi. *ex Prov. Græc.*
Puniceis humilis quantùm ſaliunca roſe- (tis
Judicio noſtro tantùm tibi cedit Amyntas. *Virg. Ecl. 5.*
-- -- Nec tu divinam Æneida tenta,
Sed longè ſequere, & veſtigia pronus adora. *Stat. l. 12. Theb.*
Tantùm virtus alios tua præterit omnes,
Antè citus quantùm Pegaſus ibat equos. *Ov. 4. de Pont.*
Dáleko z tąd do onąd.
-- -- Medijs mea pinus in undis
Navigat, & longè, quem peto, portus abeſt. *Ovid.*
-- Magnis illuc ambagibus itur. *Virg. 6. Æneid.*
Dáley nieboże. v. Tu ſęk.
Nec non in cœlum dubites te tollere factis. *Virg*
Tanta erit & virtus, & cum virtute poteſtas. *Manil. l. 4*
I licet -- -- -- --
Dum licet, & loris paſſim potes ire ſolutis. *Ovid.*

Non eſt turpe, non conſequi, dummodò ſequaris. *Sen. l. 5. c. 5. de Benef.*
Dáno kurowi grzędę, á on wieże chce.
Spes improbiſſimas amplectuntur, inſperata conſecuti. *Sen. l. 1. de Clem.*
Cùm voco te Dominum, noli tibi Cinna placere. *Mart. l. 5. ep. 57.*
Nemo agit pro Tribunatu gratias, ſed queritur, quòd non ſit ad Præturam uſqve perductus. Nec hæc grata eſt, ſi deeſt Conſulatus: nè hic quidem ſatiat, ſi unus eſt. *Sen. l. 2. c. 27. de Benef.*
Ultrà ſe cupiditas porrigit, & felicitatem ſuam non intelligit: quia, non undé venerit, reſpicit; ſed quò tendat. *Id. ib.*
Spes ſpem excitat, ambitionē ambitio. *Id.*
Dáy Boże, żebym ja zkłamał. v. *Bodáybym ja &c.*
Fac meus in ventos hic timor omnis eat. *Ovid.*
-- -- Timeoq; meæ præſagia mentis. *Id.*
Iſta ſed æthereas vaneſcāt dicta per auras,
Et ſint ominibus pondera nulla meis. *Id.*
Ah vereor! nè quid portendant omina veri. *Idem.*
-- Errorem vocis, ut omen amo. *Id.*
Dayże to ná mnie. v. *Ja w tym.*
Et tua ſim quæſo crimina ſolus ego. *Ovid.*
Ipſe reus, ſinè te, criminis hujus ero. *Id.*
Sit tua cura ſequi; me duce tutus eris. *Id.*

Non eſt pro veſtris, ars mea, rebus iners.
Idem.

Dla chwały by też niewiedźiec co. v. Chwałá &c.

-- -- Nîl non immite parata
Gens Italûm pro laude pati. -- -- *Sil. Ital.*
-- -- Graſſandum ad clara perîclis. *Id.*
Explorant adverſa viros, perq; aſpera duro
Nititur ad laudem virtus interrita clivo.
Idem.
-- -- -- -- Feſtinaqvè virtus
Suadet, & hortatrix animo ſtat gloria lethi. *Stat. 9. Theb.*
Et magìs intento ſtudium cenſore laborat.
Claud.
Non eſt ad aſtra mollis è terra via. *Sen. Herc. fur.*
Virtutis eſt, domare, quæ cuncti pavent.
Id. ibid.
Semperq; magnò conſtitit, naſci Deum.
Id. ibid.
-- -- Commoda cladibus
Magnis, magna patent. *Id. Herc. Oet.*

Dla Kompániey dał ſię Niemiec obwieśić.

-- -- Animosq; ligant conſortia damni.
Stat.
Et ſe participem caſûs ſociârat in omnes.
Sil. Ital.
Ferre, quam ſortem patiuntur omnes,
Nemo recuſat. *Sen.*

-- -- Leviùs communia tangunt. *Claud.*
-- -- -- Solatia letho
Exitium commune dabat. -- -- *Idem.*
-- -- Jam nulli flebile damnum,
Sed curſus ſolennis erat. -- -- *Id.*

Solatium eſt cogitare, id ſibi accidiſſe, quod ante ſe paſſi ſunt omnes, paſſuriqvè. *Sen. c. 21. ad Polyb.*

Videtur rerum natura quod graviſſimum fecit, feciſſe commune. ut crudelitatem fati conſolaretur æqualitas. *Id. ibid.*

Non eſſe maximum malum, quod etiam ad feliciſſimos pervenit. *Id. c. 12. ad Marc.*

Dla ſcieſſki gościńcá nie myjay.

Vade quà tutum populo priori. *Sen. in Med.*

Quiſquis medium defugit iter,
Stabili nunquam tramite curret. *Id. in Herc. Oét.*

Satiùs eſt apertà viâ ire, quàm ſibi ipſi flexus diſponere, quos cum magna moleſtia debeas relegere. *Id. ep. 102.*

Qui petit ignoto compendia calle viator,
Ignotũ duplicat ſæpè viator iter *Maſſen.*

Dłużey ſię złe niż dobre pamięta. v. *Wilk chowány &c.*

Altiùs injuriæ in memoriam, quàm merita deſcendunt, & illa citò defluunt, has tenax memoria cuſtodit. *Sen. c. 1. de Benef.*

Pro-

Procliviùs eſt injuriæ, quàm beneficio vicem exſolvere; quia gratia oneri, ultio in quæſtu habetur. *Tac. 4. Ann.*
Non eodem modo adversùs eos, qui benè, & qui malè fecerunt, homines afficiuntur. ſed iræ atq; injuriæ vel inviti reminiſcuntur; beneficij & gratiæ ultrò obliviſcuntur. *Dio Caſſ. l. 46.*
Injuriarum, ſi quæ factæ ſunt, ſemper eſt memoria; & quidquid offendit, ægrè eximitur, atq; obliteratur: at beneficiorum unà cum ipſo fructu uſuq; memoria perit. *Herodian. in Orat. Pertin.*
Multò diutiùs manſuram offenſæ memoriam in læſo, quàm gratiæ in illo, quem juviſti. *Barcl.*
-- -- Hæret tenaciore factum
Mente ſcelus memoresq; noxæ. *Ines.*
Dmuchác ná źimnę, ſpárżyẃſzy ſię ná ükropie. v. *Poſzkodźie Polak &c.*
Semel conſternatâ mente nec tutis quidem habebitur fides. *Sen.*
Satis eſt ſemel creditum, non ſemper eſt temeritas felix. *Liv. l. 28.*
Sæpè canem viſum longè fugit agna; lupumqvè
Credit, & ipſa ſuam neſcia fugit opem. *Ovid.*

Exper-

Experte in primo, ſtulte cavere potes.
Propert.
-- Timeo, qui nocuêre, Deos. *Ovid.*
Quicunq; Argolica de claſſe Capharea fugit,
Semper ab Euboicis vela retorquet aquis. *Idem.*
Terretur minimo pennæ ſtridore columba,
Unguibus accipiter ſaucia facta tuis. *Id.*
Dmuchnąć w ul.
Crabrones provocare, excitare. *ex Paræmia.*
Incluſas, ut cùm latebroſo in pumice paſtor
Veſtigavit apes, fumoq; implevit amaro;
Illæ intùs trepidæ rerum, per cerea caſtra
Diſcurrunt, magnisqvè acuunt ſtridoribus iras. *Virg. 12. Æn.*
Hunc circum innumeræ gentes populiq; volabant:
Ac velut in pratis, ubi apes æſtate ſerenâ
Floribus inſidunt varijs, & candida circũ
Lilia funduntur; ſtrepit omnis murmure campus. *Id. 6. Æn.*
Sic Æneam in campis Eliſiis animæ circumdederunt.
Do Breviarzá Xiędzu.
Cura tibi divûm effigies & templa tueri.
Virgil.

Bella viri pacemq; gerant, queîs bella gerenda,
-- -- -- Curet ſua templa Sacerdos. *Id.*
-- -- -- Tu munera ſupplex
Tende petens pacem, & faciles venerare Napæas. *Virg.* 4. *Georg.*
Imprimis venerare Deos, atq; annua magnæ
Sacra refer Cereri. -- -- *Id.* 1. *Georg.*
Sed priùs impoſito ſacris altaribus igne
Thura fer ad magnos puraqvè vina Deos. *Ovid.* 3. *de Pont.*

Do czáſu dźbán wodę noſi, áż ſię urwie.
v. *Bydź kozie &c.*

Honeſta quædam ſcelera ſucceſſus facit. *Sen. in Med.*
-- Raro antecedentem ſceleſtum
Deſeruit pede pæna claudo. *Horat.*
Non ſubiti casûs, Numinis iſta mora eſt. *Ovid.* 13. *ep. Her.*
Sera tamen tacitis pæna venit pedibus. *Tibull.*
Sæpè divinitatis opera hæc ſunt ; ut furias in ipſo ſucceſſu ſecuras, non ſubitò ultio excipiat. *Barcl.*
Sed nec ſceleſtis perpetui cadunt,
Surguntqvè Soles. -- -- -- *Ines.*
Inſtat ſemper atrox ultio crimini ;
Nec Nemeſis brevem cedit ſupplicio moram. *Avanc.* -- Exi-

-- -- -- Exiget, exiget
Ventura quondam ſupplicium dies. *Id.*
Lenta rapit Nemeſis flagellum. *Idem.*
Sæpè caput noſtrum tardò fortuna furore
Præterit, in noſtrum ſæpè refuſa caput.
Maßen.
Do kądźiele twoiá rzecz.
Non benè Gradivo lenonina dextera ſervit;
Suſcipiet famulum te Cytheræa libens.
Ovid.
Tu non natus equo, non fortibus utilis armis. *Idem.*
Quòd benè te jactes, & fortia verba loquaris;
Non facit ad mores feritas inamabilis iſtos. *Idem.*
Aptior eſt digitis lana colusq; tuis. *Id.*
-- -- -- -- Columqvè
I cape cum calathis, & ſtamina pollice torque. *Idem.*
Tu non es laudi, non natus idoneus armis. *Propert. l. 3. el. 7.*
Tympana vos buxusq; vocant, Berecynthia matris
Idææ. -- -- -- -- *Virgil.*
Bella nos pictis ſimulamus armis
Splendidè fortes, & inane pugnæ nomen.
Sarbiev.
Tu telas, non tela geras. -- -- *Claudian.*

Nulli corpus tuum patientiæ vacat,sed in manu tympanum est. *Sen. c.* 13. *de vita beata.*

Do zwyczaju to idźie. v. *Zwyczay drugą náturą.*

Prima verminatio vexat, impetus morâ extinguitur, & finis dolendi est, obtorpuisse. *Sen. ep.* 83.

Hoc solatium vasti doloris est, quòd desinas illum sentire, si nimis senseris. *Id. ib.*

Paulatim voluptati sunt, quæ necessitate cæperunt. *Id. c.* 4. *de Provid.*

Diu passis familiaris est malorum suorum rigor. *Id. ibid.*

Unum habet assidua infelicitas boni,quòd quos sæpè vexat, novissimè indurat. *Id. c.* 2. *ad Helv.*

Tam bonorum, quàm malorum longa conversatio amorem inducit. *Id. c.* 1. *de Tranq.*

Ad contemnendam malorum potentiam animis patientiâ pervenit. *Id. c.* 4. *de Provid.*

Assuescendum conditioni suæ, & quàm minimùm de illa querendum, & quod habet circa se commodi, apprehendendum est. *Sen. c.* 10. *de Tranq.*

Possunt & dura molliri, & angusta laxari, & gravia scitè ferentes minùs premere. *Idem ibid.*

Ea quæ putaverunt aſpera, cùm aſſuevêre patiuntur. *Id. ep.* 76.

Diſcitur ipsâ injuriarum aſſiduitate patientia. *Id. c.* 3. *de Conſol. Sap.*

Dolor ipſe ſe elidit, & his, quæ nimis implevit, excutit ſenſum. *Id. ep.* 83.

Dobrá bawełná w káſtan, á ſłamá w chomąto.

Naturæ eſt, deteriora melioribus ſubmittere. *Seneca.*

Dobrá Matyaſſowi płotká, á pſu muchá.

Non eadem vulgusqvè decent, & lumina rerum. *Ovid.*

Dobrá wolá ſtoi zá uczynek.

Eſt mihi pro facto ſæpè, quod eſſe poteſt. *Ovid.*

In rebus magnis & voluiſſe ſat eſt. *Prop.*
Quòd ſi deficiant vires, audacia certè
Laus erit. -- -- -- *Idem.*

Semper contra fortunam luctata virtus etiam citra effectum propoſiti operis enituit. *Sen. l.* 7. *c.* 14. *de Benef.*

Si omnia fecit, ut ſanaret, peregit medicus partes ſuas: etiam damnato reo, Oratori conſtans eloquentiæ officium, ſi omni arte uſus eſt. Laus Imperatori etiam victo & Duci redditur, ſi prudentia & induſtria, & fortitudo muneribus ſuis functa eſt. *Id. ibid. c.* 13.

Voluntas ipſa rectum petens laudanda eſt,

etiamſi illam alius gradu velociori anteceſſit. *Id. ibid. l.* 5. *c.* 2.

Quibusdam pro effectu eſt, omnia tentâſſe, ut efficerent. *Id. ibid. l.* 7. *c.* 13.

Quomodo gubernator, etiam qui in ſicco eſt, quia ei conſummatæ ſcientiæ nihil deeſt, quò minùs ſe utatur; ita etiam, qui vult tantùm, nec habet hujus voluntatis ſuæ alium, quàm ſe teſtem. *Sen. l.* 4. *c.* 2. *de Benef.*

Dobrem zá złe oddawáć.

Malo te ex beneficijs meis ſcire, quàm verbis, uter noſtrûm in priſtinis odijs peccaverit. *Barcl.*

Non tamen Æneam, quamvis malè cogitet, odi. *Ovid. Her.*

Dobry trunek, ná fráſunek.

Animus aliquando in exultationem libertatemq; extrahendus; triſtisq; ſobrietas removenda pauliſper. *Sen. c.* 15 *de Tranq.*

Crebros ergò licet bibas trientes,
Et durum jugules mero dolorem. *Mart. l.* 1. *ep.* 106.

Eluit enim (*nempè vinum*) curas, & ab imo animo movet, & ut morbis quibusdam, ita triſtitiæ medetur. *Sen. c.* 15. *de Tranq.*

Cum pueris Socrates ludere non erubeſcebat,

ſcebat, & Cato vino laxabat animum curis publicis fatigatum. *Id. ibid.*
Liber dictus eſt, quia liberat ſervitio curarum animum. *Id. ibid.*

Dobry znák.

Agnoſco fauſta placidos ex alite divos. *Stat.*
Significat placidos nuncia fibra Deos. *Tibull.*

Dobrze to ná mnie.

Non proſint ſanè, me tamen iſta juvant. *Mart. l. 5. ep. 15.*
Hoc juvat, hæc animi ſunt alimenta mei. *Ovid.*

Felix alius, magnusq; volet;
Me nulla vocet turba potentem. *Sen. in Herc. Oét.*

-- -- -- -- Herculem juvat
Viciſſe cœlum, Palladem, fulmen, mare. *Sen. in Herc. fur.*

Dochrápáć ſię czego: przynaymniey liżnąć.

Breviores magiſtratus, & quantumvis anguſti temporis honores, commendat ambitio. *Barcl.*

Dojąć do żywego, dáć kminu z dźięgielem.

Non ex intacto corpore tuo ſanguis hic fluxit; per ipſas cicatrices percuſſa es. *Sen. c. 16. ad Helv.*

Nos navibus laceris Scyllæa replevimus antra. *Lucan.*

Quidquid ad Idæos Xanthum, Simoëntaqvè nobis
Sanguine sudatum est. -- -- -- *Idem.*

Dokażesz swego. v. Chciey &c.

Prima tuæ menti veniat fiducia, cuncta
Posse capi; capies: tu modò tende plagas. *Ovid.*

Doktor pończoszká.

-- -- -- Nè turbis fabula fias,
Cùm tua ridebunt vana magisteria. *Tibull.*

Augur, Schænobates, Medicus, Magus, omnia novit. *Juv. Sat. 3. de Nerone.*

Sent n:iam ferebant, qui minimè consul:bantur. *Barcl.*

Dolem lepiey. (*Claud.*

-- Secura petit privatum gloria portum.

Qui sedet in terra, non habet undè cadat. *Ovid.*

Qui cadit in plano, (vix hoc tamen evenit ipsum)
Sic cadit, ut tactâ surgere possit humo. *Id.*

Redige te ad parva, & ex quibus cadere non possis. *Sen. ep. 20.*

Quos sors iniqua in ancipiti posuit, tutiores erunt, superbiam detrahendo rebus per se superbis, & fortunam suam quam maximè poterunt, in planum deferendo. *Id. c. 10. de Tranq.* *Do-*

Domátor.

-- -- Sui, nec magni ruris arator,
Sordidaq; in parvis, otia rebus amat.
Mart. l. 1. ep. 55.
Eſt genus ignavum, quod lecto gaudet & umbrà. *Juven.*
Infectus longi rubigine ruris. *Stat.*
Secretus, ruri triſtes abſconderat annos. *Sil. Ital.*
-- Poſuit ſpem vitæ in limine clauſo. *Id.*
-- -- Silvas amor unus humumqvè
Edomuiſſe manu. *Idem.*
-- -- Nunquam tibi cura tot annis
Altera, quàm duris ſulcis mollire novales;
Nôſſe ſoli vires. quæ gleba faveret
Frugibus, aut quales tegeret vindemia colles. *Claud. de Conſul. Theod.*
Paterna rura bobus exercet ſuis. *Horat. Epod. 2.*
Arunci Rutuliq; ſerunt, & vomere duros
Exercent colles. -- -- -- *Virg. 9. Æn.*
Nec te campus habet, nec te gelidiſſima Virgo,
Nec Thuſcus placidâ devehit amnis aquâ. *Ovid.*

Domowe lekárſtwo lepſſe.

Securior eris notis inemptisq; remedijs, quàm in Medicorum fide, & ſuperva-

cua curationis mora mercedem captantium. *Barcl.*

Domyśl ſię oſtátká.

Ingenio, verbis concipe plura meis. *Ovid.*
Sis precor monitis fortior ipſe meis. *Id.*
Cætera quis neſcit? -- -- *Idem.*

Dopiąć ſwego nie mogł.

-- -- Cæptis non evaluêre potiri
Fruſtratæ brevitate manus. -- -- *Stat.*

Dopiero mu owſá, kiedy idźie do pſa.

-- -- Cineri jam medicina datur. *Prop.*
Ægræ jam fortunæ ſana conſilia. *Sen.ep.*94
Inclinatam rem, niſi ſtatim erigeretur, ſiſti non poſſe. *Idem.*

Dopieroć to początek. v. *Jeſzcze to nie Amen.*

Mille modi reſtant, clivo ſudamus in imo. *Ovid.*
Principio clivi noſter anhelat eqvus. *Id.*

Dośiągnę ja ćiebie wſzedy.

An neſcis longas Regibꝰ eſſe manꝰ? *Ovid.*
Noſtra ſuas iſtinc porriget ira manus. *Id.*

Doſłużyłem ći ſię prawie.

Hoc merui Fabiane togâ tritâq; meäqvè;
Ut nondum credas me meruiſſe rudem?
Mart. l. 3. *ep.* 36.

Dosyć tego ćiepłego.

Ohe jam ſatis eſt! ohe Libelle!
Jam pervenimus uſq; ad umbilicos. *Mart. l.* 4. *ep.* 89.

Ceſſa,

Cessa, jam satis est; incipe maj9 op9. *Ovi.*

Dotrzymam ći słowá.

Pignora polliciti non tibi tarda dabo. *Ovi.*

-- -- -- Pactamqvè per aras
Haud facilis temerare fidem. *Sil.*

-- -- Monet hinc fœdusqvè fidesqvè. *Id.*

Drogo kupił, kto długo prośił.

Non tulit gratìs, qui cùm rogâsset, accepit. *Sen. l. 2. c. 1. de Benef.*

Non enim levi mercede emit, qui precatur, aut parvum pretium accepit, qui rogatur. *Apul.*

Nulla res cariùs constat, quàm quæ precibus empta est. *Sen. l. 2. c. 2. de Benef.*

Molestum verbum est, onerosum, & demisso vultu dicendum: *rogo.* *Id. ibid.*

Drwá do láſá wozić. v. *Tłusty polec &c.*

Quis mel Aristæo, poma det Alcinoo? *Ovi.*

-- -- Cereri sua dona merumqvè
Reddimus, & dives prædæ, tamen accipit omni
Exuvias pellemqvè Dianta tholo. *Stat.*

Drwi głową. v. *Ani mię tám &c.* v. *Rády sobie &c.*

Artis opē vicêre metus, nescitq; magister
Quam frangat, cui cedat aquæ. -- *Lucan. l. 5. Pharſ.*

Cuncta pavet, superatq; nihil. --- *Claud.*

-- Fertur vaga gurgite puppis. *Ovid.*

Ipse

Ipse diem noctemqvè negat discernere
coelo,
Nec meminisse viæ media Palinurus in
unda. *Virg. 3. Æn.*
Vincitur ars vento, nec jam moderator
habenis
Utitur. -- -- -- *Ovid. 3. Fast.*
Dwá rázy dáje, kto prętko dáje.
Bis gratum est, quod opus est, ultrò si offeras. *Publius.*
Omnis benignitas properat; & proprium est benè facientis, citò facere. *Sen. l. 1. c. 5. de Benef.*
Multò gratiùs venit, quod facili, quàm quod plenâ manu datur. *Id. ibid. c. 7.*
Jucundum officium, victurumqvè in animo, quod obviam venit. *Id.*
Quemadmodum in ægris opportunitas cibi salutaris est; & aqua tempestivè data remedij locum obtinuit: ita quamvis leve & vulgare beneficium sit; si præstò fuerit, si proximam quamq; horam præoccupaverit, multùm sibi adijciet, gratiamq; pretiosi, sed lentè & diù cogitati beneficij vincit. *Id. l. 2. c. 1. de Benef.*
Gregalia quoqve poma, etiam post paucos dies itura in fastidium, delectant, si provenêre maturiùs. *Id. ibid. l. 1. c. 12.*
Major

Major est muneris gratia, quæ minùs diù pependit. *Idem.*
Errat, si quis sperat responsurum sibi, quē dilatione lassavit, & expectatione torsit. *Id. ep.* 13.
Meliùs occupare, antequàm rogemur: quia cùm homini probo ad rogandum os concurrat, & suffundatur rubor, qui hoc tormentum remittit, multiplicat munus suum. *Sen. l.* 2. *c.* 1. *de Benef.*
In tædium adductus animus incipit beneficium odîsse, dum expectat. *Id. ibid.*
Præsentibus nec diù libratis beneficijs candidæ liberalitatis genium esse. *Barcl.*
Inquiris, dubitas, cunctaris, meq; diebus
Teq; decem crucias: jam rogo, Phœbe, nega. *Mart. l.* 6. *ep.* 20.

Dwiemá Pánom służyć nie podobna.
Inter omnes convenit: nullam rem benè exerceri posse ab homine occupato. *Sen. c.* 6. *de brev. vitæ.*
Pectora nostra duas non admittentia curas. *Juven.*

Dybie na páluszkách.
Et fert suspensos corde micante gradus. *Ovid.*
-- Animamq; tenens vestigia furtìm
Suspensus digitis fert taciturnâ manu. *Id. Fastor.* 5.

Et

Et pedibus prætentat iter, ſuſpenſa timore
Explorat cæcas cûi manus antè vias.
Tibull.
Adeſt Ulyſſes, & quidem dubio gradu,
Vultuqve nectit pectore aſtus calidos.
Sen. in Troade.
Dźieśięć zbroyńych z jednego nágiego nic nie weźmie. v. Z jednego &c.

E.

EY juž też tego doſyć.
Multa diuq; tuli, vitijs patientia victa eſt.
Ovid.
Quouſq; tandem abutêre Catilina patientiâ noſtrâ?
Cic. in Cat.
Eyże, oſtrożnie! v. Hámuy ſię.
Quò ruitis Danai? ventos audite vetantes.
Virgil.
-- -- -- Moneo certare periclis
Deſine, & armiſonæ caput objectare procellæ.
Sil.

F.

FAkcye niebeſpieczne bywáją.
Novis artibus hoc pretium erit, quo vel inter ſe commiſſos, vel conſeneſcente exoſos apud populum ſua impietas reddat.
Barcl.

Fámiliant. v. *Szláchetny.*
- Genus admotum ſuperis, ſummumqvè
per altos
Attingebat avos cœlum. -- -- *Sil. Ital.*
Regia progenies, & Tullo ſanguis ab alto. *Idem.*
Publicola ingentis Voleſi Spartana propago. *Idem.*
Stirpe genus clarum, cœloqvè affinis imago. *Idem.*
Plejada ſi quæras in noſtra gente Jovēq́; ,
Invenies: medios ut taceamus avos.
Ovid. ep. Her.
Dives avis, & utroq́; Jovem de ſanguine ducens. *Ovid. 6. Met.*
Cûi genus à proavis ingens, clarumqvé paternæ
Nomen erat virtutis, & ipſe acerrimus armis. *Stat. 1. Theb.*
-- Tibi larga Pelops & Tantalus auctor
Nobilitas, propiorqvè fluit de ſanguine juncto
Jupiter. -- -- -- -- *Id. 2. Theb.*
-- -- Genus ipſe ſuis præmiſſaq́; retrò
Nobilitas, nec origo latet, ſed luce ſequente
Vincitur, & magno gaudet ceſſiſſe nepoti.
Stat. l. 1. Silv.
Fárbo-

Fárbowáne to lisy.

-- -- Speciosaqvè nomina culpæ
Imponis Medæa tuæ. -- -- *Ovid.*

Posthumè non benè olet, qui benè semper olet. *Mart. l. 8. ep. 2.*

Vitijs suis sapientiam inscribit, & abscondenda profitetur. *Sen. c. 12. de vit. beat.*

Quis est? qui non inter scelera & injurias opinionem bonitátis affectet: qui non ipsis quæ impotentissimè fecit, speciem aliquam induat recti? *Id. l. 4. c. 17. de Benef.*

Quæ alii scelera, hic remedia vocat, (*sic Otho de Galba*) dum falsis nominibus se. veritatem pro sævitia, parsimoniam pro avaritia, supplicia & contumelias vestras disciplinam appellat. *Tacit. l. 1. Histor.*

Farbowánych lisow nie zna.

Heu simplex! nimiumqvè rudis, qui talia dona,
Grajorumqvè dolos, variumqvè ignorat Ulyssem. *Virg.*

Figę w kieszeni pokázywáć.

Infirmissimi sæpè irascuntur potentissimis. *Sen. l. 1. c. 3. de Ira.*

Nihil magis ridiculum, quàm secretò irasci, palàm metuere. *Gramond.*

Ab his qui templo diruunt, simulacra con-

conflant, nihil divinitati nocetur. *Sen.* *c. 4. de Const. Sap.*
Invidiá in occulto, adulatio in aperto. *Tac.*
Ferociter in absentem invectus est. *Barcl.*
Absenti nemo non nocuisse velit. *Prop*
-- Secreta hæc murmura vulgi. *Juvenal.*
Fiutyniec. v. *Niestátek.*
Incertæ mentis levitas & mobile pectus. *Boét. l. 1.*
Non sic incerto mutantur flamine Syrtes,
Nec folia hiberno tam tremefacta Noto. *Prop. l. 2.*
Fránt, figluje.
-- -- Fraus mendaci compta colore. *Prop.* *(l. 3.*
-- -- Docilis fallendi, & nectere tectos
Nunquam tarda dolos. -- -- *Stat. l. 3.*
-- -- Dolis instructus & arte Pelasgâ. *Virg. 2. Æn.*
Ille dolos dirumq; nefas in pectore versat. *Id. 3. Æn.*
Blando fraudem scit texere risu. *Stat.*
Infunditq; animo furiale per oscula virgo. *Claud.*
Pro tempore in figuras omnes mutabilis: malis bonisq, artibus pro fortunæ modo permixtis. *Gramond.*
Fráśuje się. v. *Głowy mi nie zstáje.* v. *Gryzie się.*
-- -- -- Sed mens invigilat curis. *Sil.*

-- -- Curis animum mordacibus angit.
Lucan. 1. *Pharſ.*
Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni.
Virg. 4. *Æn.*
-- Animum nunc huc celerem, nunc di-
vidit illuc,
In partesqvè rapit varias, perqvè omnia
verſat. *Id.* 7. *Æn.*
Alia ex alia cura fatigat,
Vexatq; animos nova tempeſtas. *Sen.*
in Agam.
-- -- Fluctibus varijs agor,
Ut, cùm hinc profundum ventus, hinc
æſtus rapit,
Incerta dubitat unda, cui cedat malo.
Id. ibid.
Fráſſká to u mnie. v. *Nic to.*
Curarum labor eſt, angues ſuperare mea-
rum. *Ovid.* *Sic de ſe Hercules.*
Contra adverſa omnia, quæ accidere poſ-
ſunt, potentiſſimis de adhortare, & in-
dura. *Sen. ep.* 15.
Fru bru. v. *Nie czči &c.*
Vir pravus, & cui placebat pro conſtan-
tia rigor. *Sen. l.* 1. *c.* 16. *de Ira.*
-- -- Furiatâ mente Coræb9. *Virg* 2. *Æn.*
-- -- Scelerum furijs agitatus Oreſtes.
Idem 4. *Æn.*
-- Delirat linguaq; mensqvè. *Lucan. l.* 2.
Pharſ. Pente-

Penteſilia furens, medijs in millibus ardet. *Virg. 2. Æn.*
Fru ná fru, bru ná bru.
Armaq; in armatos ſumere jura ſinũt. *Ovi.*
Tantùm virium ſumendum eſt, quantùm eis acceſſerit, quæ adversùs te præparantur. *Senecá.*
Rejecta diris jurgia jurgijs;
Retuſa ſpurcis rixa calumnijs
Neſcit triumphos. -- -- *Neot.*
Fryc z niego; nic okurzony. v. *Okurzony oſtrzeláńy.*
Hoc primum imbecillæ mentis atqve ægræ eſt, formidare inexperta. *Sen. ep.* 50.
Magis urgent ſæva inexpertos. *Idem c.* 4. *de Provid.*
Gemunt, quorum delicatas mentes enervavit longa felicitas, & ad leviſſimarũ injuriarum nutus collabuntur: at quorum anni omnes per calamitates tranſiêrunt, graviſſima quoqve forti, & immobili conſtantiâ perferunt. *Id. c.* 2. *ad Helv.*
Ad ſuſpicionem vulneris tyro expalleſcit: audacter veteranus cruorem ſuum ſpectat; qui ſcit ſe ſæpè viciſſe poſt ſanguinem. *Id. ibid.*
Tyro cruorem pallet ad obvium,
Et arma ponit. -- *Avanc. in Elog. Cæſ.*

Fukáß y pukáß.

Verbera cum verbis miſta fuêre tuis.
Ovid. 7. ep.

Furmáná błoto; ſliſá deßcze trápią;
Ze ſię obádwá pod ſwoy dáßek kwápią.

Sæva ſub occidua jactatis Plejade nautis
Commendat placidum maris inclementia portum. *Claud.*

Ocium divos rogat, in patenti
Prênſus Ægæo, ſimul atra nubes
Condidit cœlum. -- -- *Horat. l. 3. c.*

Furmán ulgnąwßy, drog ſię odprzyśięga:
A gdy pogodá, przyśiągszy, záprzega.

Bella victi, & naufragi maria repetunt, contra experimenta pertinaces ſumus. *Sen. c. 1. de Benef.*

Et liberi, & conjuges ſpem fefellerunt, & tamen, & educamus, & ducimꝰ. *Id. ibid.*

Poſt naufragia maria tentantur; fæneratorem non fugat à foro decoctor. *Idem ep. 81.*

Terribiles lituos rursùs veteranus adibo;
Et deſueta vetus tentabo cærula vector.
Claud.

Quæqve modò Euboicis lacerata eſt fluctibus, audet
Graja Capharæâ currere puppis aquâ.
Ovid.

-- Et

-- Et victus repetit gladiator arenam;
Et redit in tumidas naufraga puppis aquas. *Idem.*

Saucius ejurat pugnam gladiator, & idẽ,
Immemor antiqui vulneris, arma capit. *Idem.*

Damnoſo cùm ſim toties deceptꝰ ab arvo,
Damnosâ perſto condere ſemen humo. *Idem.*

Scilicet eſt cupidus ſtudiorum quiſqve ſuorum,
Tempus & aſſueta ponere in arte juvat. *Idem.*

G.

G*Adácci łacno, ále nie dokázywâć.* v. *Gebą wojowáć.*

Ut quïqve contemptiſſimus, & ut maximè ludibrio eſt, ita ſolutiſſimæ linguæ. *Sen. c.* 11. *de Conſt. Sap.*

Proſperiore eloquentiâ, quàm morum formâ fuit. *Tacit.*

Multa promitti ſpecioſiùs poſſunt, quàm fieri. *Id. ibid.*

Multi multa loqui poſſumus: ardua
Raros auſa vocant. *Sarbiev.*

Torpet operandi ardor, qui tantùm in verba evaporat. *Neot.*

Galant, wymuſkáno, ſudanno &c. v. Vrodżiwy.

Ex humeris medios coma dependebat in armos,

Pectoraqvè artificum laudatis proxima ſignis. *Ovid. 12. Met.*

-- -- Hoc gratior ore

Non fuit, ac nullâ nituit plus fronte decoris. *Sil. l. 12.*

Non niſi vel cocco madidâ, vel murice tinctâ

Veſte nitet. -- .- *Mart. l. 5. ep. 23.*

Crine nitens, niger unguento, perlucidus oſtro,

Ore tener, latus pectore, crure glaber. *Id. l. 12. ep. 38.*

Sæpè Citoriaco diducit pectine crines,

Et quid ſe deceat, ſpectatas conſulit undas. *Ovid. 3. Met.*

Vexata ferro coma, & crines gyro Æthiopico torti, ſuis aſcendunt ſcalis, & quaſi gradu theatrali conſurgens cæſaries, tot unguentorum & pectinum labor. *Barcl.*

-- -- -- Cultum formamqvè profeſſus,

Quiq; ſuas poſuit pro ſtatione comas. *Ovid.*

Bisq; die lapſis Pagaſææ vertice ſilvæ

Fontibus ora lavat, bis flumine corpora tingit. *Barcl.*

Gáßek

Gáſſek Czerkies. v. *Galant.*
Gdyby było prędzey. v. *Kto inſſy do harápu.*
Gdyby nie łádá co z niego, byłby grzeczny.
Annibal Auſoniæ ſi tu de gente fuiſſes,
Ad magnos venture Deos. -- -- *Sil. Ital.*
Gdyby nie ále, każdyby był w cále. v. *Káżdy ma ſwoie ále.*
Gdyby od kogo ſłuſſnego, toby nie żal. *v. Nie żal &c.*
Moverer, ſi de me Marcus Cato, Lælius ſapiens, ſi alter Cato, ſi duo Scipiones iſta loquerentur. *Sen.*
Domini pudet, non ſervitutis. *Id. in Troad.*
Gdźie mię oczy poniosą, poydę w świát.
-- Ibo, quocunq; pedes, caſusvé jubebit. *Claud.*
Quòcunq; me ira, quò dolor, quò ſpes feret;
Hùc ire pergam: fluctibus dedam ratem. *Sen. in Med.*
Omnibus idem anĩmus ſceleratâ excedere terrâ
Linquere pollutum hoſpitium, & dare claſſibus Auſtros. *Virg. 3. Æn.*
Contemnuntqvè favos, (*id eſt apes*) & frigida tecta relinqvunt. *Id. 4. Georg.*
Ibo viator, me nec inhoſpitus
Terrebit axis, nec ſuperbus
Marmarico leo ſiſtet ungui. *Ines.*

Littora tùm patriæ lachrymans portusqvè relinquo. *Virg. 3. Æn.*

Gdźie wielu doktorow máłá nádźieją zdrowia.

Nunquam, crede mihi, à morbo curabitur æger,
Si multis Medicis creditur una febris. *Oven.*

Gdźie wielu grzeszy, nikogo nie karzą. v. Dlá Kompániey &c.

Pudorem rei tollet multitudo peccantium, & desinit esse probri locò commune maledictum. *Sen. l. 3. c. 16. de Benef.*

Multitudini peccantium facilè parcitur. *Idem ibid.*

Facit enim consuetudinem peccandi, multitudo peccantium, & minùs gravis nota est, quàm turba damnatorum levat. *Sen l. 1. c. 22. de Clem.*

Gdźie wziąć, tu wziąć, byle było.

Unde habeas? quærit nemo; sed oportet habere. *Juven.*

Gębá go tylko. v. Gadáć &c. v. Gębą wojuje.

Fortiùs loquitur, quàm agit. *Sen.*

Prosperiore eloquentiæ, quàm morum formâ fuit. *Tacit.*

Marcitus Orator, lascivit ore, operis infæcundo. *Neot.*

Moriu vires habent, & fatum in dente minantur. *Ovid. 12. Met.*

Gębą donośić.

-. -- -- Eructat acerbam
Cociti laxo profundens ore palude. *Sil. It.*
-- -- -- -- Venenum
Morsibus inspirant, & spicula cæca relinqvunt. *Virg. 4. Georg.*

Gębą wojowáć.

-- -- -- -- Debilis arte
Belligerâ, Martemqvè rudis versare, nec ullo
Spectatus ferro, linguâ sperabát adire
Ad dextræ decus, atqve è rostris bella ciebat. *Sil. Ital.*
Larga quidem Drance tibi copia fandi est
Tunc, cùm bella manùs poscunt. -- -- *Virg. 11. Æn.*
Ignavissimus quisque, & in periculo non ausurus, nimij verbis, linguâ feroces. *Tacit.*

Głośny to dzwonek będźie.

Quàm citò de tanto nomine rumor erit? *Propert.*
Fabula communis totâ cantabitur urbe. *Ovid.*
Ibit ad occasum, quidquid dicetur ab ortu. *Idem.*
Hic rumor terras transilit & maria. *Oven.*

Głową muru nie przebijesz. v. *Muru &c.*

Stultus, ab aliquo, qui cùm diſcedere poſſit,
Pugnat in adverſas ire natator aquas. *Ovid.*
Certatis fatis, & ſpes extenditis ægras. *Sil. Ital.*
-- -- -- Non benè navigat,
Laborat contra fluminis impetum
Natare quiſquis. -- -- *Ines.*
Nec vos obniti tantùm, nec tendere contrà
Sufficitis. -- -- -- -- *Virgil.*
-- Si gravatam navita adversâ ratem
Propellit undâ, cedit in vanum labor;
Et victa prono puppis aufertur vado. *Sen. in Agam.*

Głowy mi nie ſtáje. v. Ani mię &c. v. Rády ſobie &c.
-- -- Feſsũq; caput ſe ferre recuſat. *Lucan.*
Incertus quid cogitare, aut undè dolere debeam incipere. *Barcl.*

Głupiemu trzebá wybaczyć.
Omnia iſta peccata apud æqvum judicem pro innocentia habent imprudentiam. *Sen. l. 2. c. 27. de Ira.*
Imprudentia par in omnibus patrociniũ. *Id. l. 3. c. 26. de Ira.*
Peccavit juvenis? peccatum eſt temporis, non hominis. *Id. ep. 15.*
Error, qui facti crimen obumbret, erit. *Ovi.*

Gniewliwy. v. *Ogień mu &c.* v. *Tyran.*

Ora tument irâ, nigreſcunt ſanguine venæ. *Stat.*

-- -- Vultus eſt illi Jovis,
Sed fulminantis. -- -- *Sen. in Herc. fur.*

-- Scylla & Charybdis contorquens freta
Non minùs eſt timenda. -- -- *Id. ibid.*

Fervens difficili bile tumet jecur. *Horat. l. 1. c. O. 3.*

Exercet memores plus quàm civiliter iras. *Ovid. 1. Met.*

Junonis gravis ira, & inexſaturabile pectus. *Virg. 3. Æn.*

Sed neque fulvus aper media ſic ſævus in ira. *Ovid. 2. de Ira.*

Goli Pan Bog bez mydłá.

Re verâ lues, & fames, & bella, & voragines civitatum pro remedio deputanda, tanquam tonſuræ inſolentis generis humani. *Cypr. de Anima c. 30.*

Goły nágiego nie okryje. (mico:

Non benè, crede mihi, ſervo ſervitur a-
Sit liber, Dominus qui volet eſſe meo. *Mart. l. 2. ep. 32.*

Gorą naśi. v. *Jeſzcze to nieśmiertelna.*

-- -- -- Quamvis cecidêre trecenti;
Non omnes Fabios abſtulit una dies. *Ovid.*

Gorąco kąpány.

Omnis illi ſperatæ rei longa dilatio eſt. *Sen. c. 16. de brev. vit.*

Omnisquè nimiùm properanti longa mora eſt. *Id. in Agam.*

I licet igneJovis lápſisqvè cîtatior aſtris. *Stat. 2. Theb.*

Gorgoli ſię; kokoſzy ſię. v. Nie káždy kąſa &c.

Ingentesq́; animos (*nempè apes*) anguſto in pectore verſant. *Virg. 4. Georg.*

-- Acuit Martem, & ſeſe ſuſcitat irâ. *Id. 12. Æn.*

Ignaviſſimus quiſqve, & in periculo non auſurus, nimij verbis, linguâ feroces. *Tacit.*

Gorſze rzeczy dłužey trwáją. v. Lepſze BOG bierze.

Et mala radices altiùs arbor agit. *Ovid.*

Implentur numeris deteriora ſuis. *Id.*

Nobilior potiùs ſpoliatur fructibus arbor. *Paling.*

Abs apibus muſcisqvè perit, quæ dulcior uva. *Idem.*

Gorſzy ſtrách niž ſámá biedá.

Imbecillum impatientemq́; reddit præſumpta opinio, de non timendis, terribilis. *Sen. c. 7. ad Marc.*

Tam miſer quisq́; eſt, quàm credit. *Id. ibid.*

-- Mul-

— Multos in ſumma pericula miſit
Venturi timor ipſe mali. -- -- *Lucan.*
Dura inter pavidos alitur fortuna ſedēdo,
Et gliſcunt adverſa metu. -- -- *Sil. Ital.*
- Super inſtantia mala ſemper falſos pavores induerunt animi. *Tacit.*

Gorzey niżeli źle. v. Ile włoſow &c.

Vicêre noſtra jam metus omnes mala. *Sen. in Agam.*
-- Nec ullâ cælites placo prece,
Nec, ſi velint ſævire, quo noceant habēt. *Id. ibid.*
Fortuna vires ipſa conſumpſit ſuas. *Id. ib.*

Gorzknieje mi wſzytko.

Sæpè ego tentavi curas depellere vino;
At dolor in lachrymas verterat omne merum. *Tibull.*
Os hebes eſt, poſitæqvè movent faſtidia menſæ,
Et queror, inviſi cùm venit hora cibi. *Ovid. 1. de Ponto.*
- Et amara dies, & noctis amarior umbra eſt:
Omnia nam triſti tempora felle madēt. *Tibull.*

Gorzkość ſłodyczą ſię nagradza. v. Słodko pamiętać &c.

Lætius eſt, quoties magno ſibi conſtat honeſtum. *Lucan.*

Gaudia

Gaudia præmissi cumulant inopina dolores. *Claud. de Bell. Get.*
- Amant miseri lamenta, malisq; fruuntur Præteritis. - - - - *Sil. Ital.*

Gość nie proszony.
Silenus, quamvis nemo vocaret, adest. *Ovid. 2. Fast.*
venerat ille non invitatus ad sacra Cybelles.

Gośćińcá dla ścieszki nie opuszczáć. v. *Dla ścieszki &c.*
Non timui, fateor; nè quà tot iêre cari- (næ,
Naufraga, servatis omnibus, una foret. *Ovid.*
Satiùs est apertâ viâ ire, quàm sibi ipsi flexus disponere, quos cum magna molestia debeas relegere. *Sen. ep.* 80.

Groch ná ściánę rzucáć. v. *Mnie z ust &c.*
Quid juvat in nullo pondere verba loqui? *Propert.*
Verba dat inventos aure repulsa suâ. *Ovi.*
Illa loquebatur, *(hoc est Circe)* navem solvebat Ulysses. *Id. ep.*

Groch z kápustą.
Frigida pugnabant calidis, humentia siccis. *Ovid.* 1. *Met.*

Grochowy to wiecheć. v. *Gorszy strách &c.*
Aves etiam inanis fundæ sonus territat; ita nos non ad ictum tantùm exagitamur, sed ad crepitum. *Sen. ep.* 74.

Opinio

Opinio est ergo, quæ nos cruciat: & tanti quodq; malum est, quanti illud taxavimus. *Id. c. 9. ad Marc.*

Pessimus in dubijs timor est, & plurima versat. *Stat. l. 3. Theb.*

- - Malus interpres rerum metus omne trahebat

Augurium pejore viâ. - *Claud. de Bello Get.*

Grożbą nie wskorasz. v. *Czego nie wyprośisz &c.*

- Et utilius bellũ putat esse minari? *Ovid.*

Gryzie się. v. *Fráſuje się.* v. *Robi głową.*

Curis animum mordacibus angit. *Lucan.*

-- -- -- Mens mea tabida facta

De nive manantis more liquescit aquæ. *Ovid.*

Roditur ut scabrâ positũ rubigine ferrũ;
Conditus, ut tineæ carpitur ore liber:
Sic mea perpetuos curarũ pectora morsus,
Fine, quibus, nullo, conficiantur, habent. *Idem.*

Ira in se ipsam morsus suos vertit. *Sen. l. 3. c. 1. de Ira.*

Livor edax varios ducit per viscera morsus. *Barcl.*

-- -- -- -- Funere pejor

Meus ægra, atq; altæ divulso in pectore curæ. *Idem.*

Et vetus in molli pectore vulnus erat. *Ovi.*

Grze-

Grzeczny człek z niego.

Sinè commendatione partium singularū in universum magnificus. *Sen. ep.* 100.

Multos ingenio, corporisqvè lepore, nec non morū dulcedine superabat. *Gramon.*

Et fuit in tanto non parvum pectore numen. *Sil. Ital.*

Veluti ad pumicem politi mores. *Nèót.*

H.

HAłas, wrzásk, zgrzyt.

-- -- -- -- Undiqve clamor
Dissensu vario magnus se tollit ad auras. *Virg.* 11. *Æn.*

-- -- Exoritur clamor, ripæq; lacusqvè
Responsat circà, & cœlum tonat omne tumultu. *Id. l.* 12.

Non mitiùs quàm in Phrygio Thebanové furore ululatur. *Barcl.*

Non magìs Odrysias cùm nox Trieterica matres (Dircen,
Impulit, aut Tyriam stimulârunt Orgia
Arva fremunt. -- -- -- *Idem.*

- Vocūq; premūt certamine postes. *Sil. It.*

Hámuy się. v. *Rozmyśl się.* v. *Mojá rádá.*

Quò ruis? adde moram studio, & metire, quod audes. *Lucan.*

-- -- -- Moneo certare periclis
Desine, & armisonæ caput objectare procellæ. *Sil. Ital.* -- Com-

-- -- Comprime affectus truces,
Mentemq́; tibimet pacifica tuam. *Sen. in Herc. fur.*

Háruje, á nie ma nic.

-- -- -- -- Per mare magnum
Italiam ſequimur fugientem, & volvimur undis. *Virg. 6. Æn.*

Novæ occupationes veteribus ſubſtituuntur, ſpes ſpem excitat, ambitionem ambitio: miſeriarum non finis quæritur, ſed materia mutatur. *Sen. c. 17. de brev. vitæ.*

Pecunia, dignitas, potentia, aliaq́; complura, ad quæ generis humani cæca cupiditas obſtupeſcit, cum labore poſſidentur, cum invidia conſpiciuntur, eosq́; ipſos, quos exornant, & premũt. *Sen. c. 28. ad Polyb.*

Hayman wßytkiego; po páńſku; doſtátkiem; ryczałtem.

In quamcunq́; domûs advertes lumina partem,
Immenſæ ſpectantur opes. -- -- -- *Ovid.*
- - Centenis incumbunt tecta columnis;
Et libertinas arca flagellat opes. *Mart. l. 5. ep. 13.*
- Cathedralitios portat tibi rheda miniſtros,
Et Licys in longo pulvere ſudat eqvo.
Strataq́; non unas cingunt triclinia Bajas;

Candida Setini rumpũt cryſtalla trientes;
Dormit & in pluma non meliore Venus. *Id. l.* 10. *ep.* 13.
-- Domus interior regali ſplendida luxu
Inſtruitur, medijsq́; parãt convivia tectis;
Arte laboratæ veſtes, oſtroq́; ſuperbo
Ingens argentum menſis. - - *Virg.* 3. *Æn.*
Herſt, pryncypał niecnot. v. *Hultay.*
-- -- -- -- Alpha malorum,
Vicerat antiquæ ſceleratus crimina famæ.
Mart. ep. 9. *in Spectac.*
Solus habet ſcelerum quidquid poſſedimus omnes. *Claud. l.* 1. *in Ruff.*
Seditione, dolis, ſcelere, atq́; libidine, & irâ
Iliacos intra muros peccatur, & extra.
Horat. epiſt. 1.
Hiſtoryk karczemny, przy kuſlu ſzykuje woyſka, znosi &c.
-- -- Poſitâ monſtrat fera prælia mensâ,
Pingit & exiguo Pergama tota mero
Ovid. ep. 1. *Her*
-- -- , Lyæo regificis ſuper
Deſcripta menſis prælia pingimus,
Fuſoqvè metamur Falerno
Mænia, diluimusq́; foſſas. *Sarb. l.* 1. *Od.* 8
Hauſto non humiles hiſtorici mero. *Id l.* 4. *Od.* 16.
Illic appoſito narrabat multa Lyæo. *Ovid*
-- Gra

-- Gravibus marcent epulis, hoſtiq́; catenas
Inter vina crepant. - - *Claud. l.2. in Eutr.*

Hultay, nie cnota. v. *Ni czći &c.*
-- Nullâ illi maculâ non illita vita. *Sil. It.*
Huc, quidquid fœtu genuit natura ſiniſtro,
Miſcetur. -- -- -- *Claud.*

I.

I bije, y głaſcze.
.Verbera cum verbis miſta fuêre tuis.
Ovid. ep. 7. Herc.
.Nunc prece, nunc dictis virtutem accendit amaris. *Sil. Ital.*
Vulnus Achilleo quæ quondam fecerat hoſti,
Vulneris auxiliũ Pelias haſta fuit. *Ovid.*

I. bráćiby rodzonych powadźił.
Talem progenies hominum ſi priſca tuliſſet,
Pirithoum fugeret Theſeûs, offenſus Oreſten
Deſereret Pylades, odîſſet Caſtora Pollux.
Claud. in Ruff.
.Tu Siculos fratres, & maj9 nomẽ, Atridas,
. Et Ledæ poteras diſſociare gen9. *Mart. l. 7. ep. 24.*

I chce, y niechce. v. *I śmie, y nie śmie.*
.Ipſi animus nondum, nec cordi fixa voluntas. *Stat.*

Et patet in curas area lata meas. *Ovid. ep.* 1. *Herc.*

I cukier śię przyje.

-- -- Rarisq; gavisa voluptas. *Stat.*
-- -- -- Ipsas namqve voluptates
-- -- -- Commendat rarior usus. *Ovid.*

Scilicet interdvm miscentur tristia lætis;
Nec populum toto pectore festa juvant. *Idem.*

Voluptas nulla non odiosa ipsâ satietate. *Sen. ep.* 15.

Voluptas & citò implet, & tædio est, & post primum impetum marcet. *Id. c.* 7. *de vita beata.*

Non volo, quod cruciat, nec volo, quod satiat. *Mart. l.* 1. *ep.* 52.

Rara juvant: primis sic major gratia pomis;
Hibernæ pretium sic meruêre Rosæ. *Id. l.* 1. *ep.* 4.

Nîl adeò dulce est, quod non videatur amarum,
Et non displiceat, si plus duraverit æquo. *Paling.*

I ja mam ręce. v. *Z garzćibym ćię &c.*

Sunt mihi, quæ possunt arma tenere, manus. *Ovid.*
-- Et nostro petitur Tirynthius arcu. *Id.*
Quid valeam nescis, & te mea robora fallunt. *Id.*

I ja

I ja śię tobie przydam.

Quis autem tantus eſt, quem non fortuna indigere etiam infimi cogat. *Sen. l. 3. c. 22. de Benef.*

Nihil turpius, quàm cum eo inimicitias gerere, cum quo tibi vivendum eſt. *Id.*

Importunè is læditur, cujus fide opus habeas. *Strada.*

I ja ſroce z ogoná nie wypadł.

- - Nec nos animi, nec ſtirpis egemus. *Stat. l. 1. Theb.*

-- -- Et nos aliquod nomenq; decusqvè Geſſimus. -- -- -- -- -- *Virg. 2. Æn,*

-- Non Dryadum de plebe ſumus. *Claud.*

-- -- Nec ſi generoſa probâris Nomina, deſpectis arguor ortꝯ avis. *Ovid.*

EtTurno, ſi prima domûs repetatur origo, Inachus, Acriſiusq; patres, mediæq; Mycænæ. *Virg.*

I jam też to kiedyś umiał,

Nos quoq; floruimus; ſed flos fuit ille caducus. *Ovid.*

Et mea per placidas cimba cucurrit aquas. *Idem.*

I koń nád śiłę nie wyſkoczy.

Malè reſpondent coacta ingenia. *Sen. l. 6. de Tranqu.*

Reluctante naturâ irritus labor eſt. *Id. ibid.*

Tu nihil invitâ dices faciesqvè Minervâ. *Ovid.*

I naylepßy przy złym śię zepsuje. v. *Z jákim kto &c.*

Ut in pestilentia cavendum est, nè corruptis jam corporibus, & morbo flagrantibus assideamus: ita in amicorum legendis animis dabimus operam, ut quàm minimè inquinatos assumamus. *Sen. de Tranqu.*

Initium morbi est, ægris sana miscere. *Id. ibid.*

I naylepßy w dobrym byciu śię popsuje.

-- -- -- Intactumqvè secundæ
Fortunæ ingenium vitia allatrantia quassant. *Sil. Ital.*

Difficilis res est opibꝰ non tradere mores
Et cùm tot Crœsos viceris, esse Numã. *Mart.*

Illic Hippolytum pone, Priapꝰ erit. *Ovid.*

I nie może to bydź inączey?

-- -- -- Parere necesse est,
An juvat? -- -- -- *Lucan.*

Jussa sequi tam velle mihi, quàm posse necesse. *Idem.*

I nieprzyjaćielby to przyznał.

-- -- Ipsa hoc licèt à Pallade quæras,
Quamvis irata est, non hoc irata negabit. *Ovid.*

Non illud Pallas, non illud carpere possit
Livor opus. -- -- -- *Idem.*

Cau-

Cauſa eſt, quam vel iniqvus probet. *Barcl.*
I nie śniło mi się o tym.
-- -- -- Nîl tale vel auſus. *Virg.*
In ſcelus hoc animum non valuiſſe meũ. *Propert.*
I nie winnemu się przy winnym dostánie.
v. *Przy winnym &c.*
Fulmina paucorum periculo, multorum metu cadunt. *Sen.*
Exempto diſcrimine, & eodem modo, bonos malosq; jactari. *Id. c.17 ad Marc.*
Ad ictum fulguris non ſolùm percuſſa, ſed etiam vicina tremunt. *Id.*
I olſtro puśći, kiedy Bog dopuśći.
Inſidias & campus habet; nec foſſa, nec ager,
Nec ſint ſaxa licet, fallere plana ſolent. *Mart. l. 12. ep. 14.*
Quæ poſſe fieri non putas, metuas tamen. *Sen. in Ædipo.*
-- -- -- Strati liminis orbita
Eſt adverſorum ſemita caſuum. *Avanc.*
I on ći czáſem prawdę powie.
Cretes erunt teſtes, nec fingunt omnia Cretes. *Ovid.*
I śmie, y nie śmie.
- Abeunt, redeuntq; mei, variantqvè timores. *Ovid.*

Et modò desperat, modò vultqvè, pudetqvè. *Id. 4. Trist. el. 3.*

Hinc timor, hinc amor est; ipsum timor auget amorem. *Idem.*

.Hinc pudor, ex alia parte trahebat amor. *Idem.*

Ubi causas fateri pudet, & tormenta introrsùs agit verecundia; in angusto inclusæ cupiditates se ipsas strangulāt. *Sen.*

Subrepit jactatio animi non invenientis exitum; quia nec imperium suis cupiditatibus, nec obseqvium facile. *Idem.*

Et cupit, & quid agat, non invenit; utq; securi (restat;
Saucia trabs ingens, ubi plaga novissima
Quò cadat in dubio est, omniq; à parte timetur:
Sic animus vario labefactus vulnere nutat;
Huc levis, atq; illuc, momentaq; sumit utroque. *Ovid. 2. Met.*
— Inchoat ambiguus, propiorqvè coacto. *Stat.*

I to coś kiedyś było.

Jam seges est ubi Troja fuit, resecandaq; (falce
Luxuriat Phrygio sanguine pinguis humus. *Ovid. 1. Heroid.*
-- -- -- Pergamum incubuit sibi:
En alta muri decori congesta jacent;

Tectis

Tectis adustis regiam flammæ ambiunt,
Omnisq; latè fumat Assaraci domus. *Sen. in Troad.*
Hîc steterat Priami regia celsa senis. *Ovid. 1. Heroid.*
Ilium est illic, ubi fumus altè
Serpit in cœlum, nebulæq; turpes;
Troës hoc signo patriam videbunt. *Sen. in Troad.*
Hos ego, qui canēt frutices, violaria vidi;
Hac mihi de spina grata corona data. *Ovid.*
I wárzony, y pieczony. v. *Ile wlosow &c.*
-- -- -- -- Omnia passus
Quæ pejor fortuna potest. -- -- *Sil.*
Et jam consuevi fortiter esse miser. *Ovid.*
Jam freta, jam terras omnes, jam in hospita saxa
Sideraq; emensi ferimur. -- *Virg. 5. Æn.*
I wierzę, y nie wierzę.
Speq; timor dubiâ, spesq; timore cadit. *Ovid.*
Gaudiaq; ambiguâ datq; negatq; fide. *Id.*
Et stupet, & tanto cunctatur credere voto. *Claud.*
Hæret adhuc animus, manifestaq; gaudia differt. *Idem.*
Sed me spes lubrica versat. *Stat.*
Trepido gaudio dubitare subitò cæpit. *Barcl.*

Hæret & expertis non audet credere Divis. *Stat.* 5. *Theb.*

Ja w tym. v. *Dáyże to ná mnie.*

Jákći ſię widźi. v. *Bábá z wozu.*

-- Sequere Italiam ventis, pete regna per undas. *Virg.*

Ják czeczotki ná lepie.

Non timidi petiêre fugam, non prælia fortes. *Lucan.*

Omnes hoc facto genitos eſſe, ut aliquid pennarum ad hunc viſcum relinquant. *Barcl.*

Ják liſá wyćiągnął.

-- -- -- Pedibus diſtendit, & omnem
Explicuit per membra virum. -- *Lucan.*

Ják ná pſie raz. v. *I wárzony &c.*

Abſumptæ in Teucros vires cœliq; marisqvè. *Virg.*

Ad mala jam pridem non rude pectus habes. *Ovid.*

Ják niebo od źiemi. v. *Dáleko kusy &c.*

Confer Amydæis medicatũ vellus ahenis
Murice cum Tyrio, turpius illud erit. *Ovid.*

Inter Ledæos ridetur corvꝰ olores. *Martial*

Ják nie ten, ják inſzy.

Si me nunc videas, viſum priùs eſſe negabis. *Ovid.*

Vix

Vix illum subitò posses cognoscere; tantò
Sanctior, & tantò, quàm modò, major erat. *Ovid.*

Hector erat tunc, cùm bello certabat, & idem
Tractus ab Hæmonijs non erat Hector equis. *Id.*

Ják pies z kotem.

Pervicacissima sunt odia, quæ ex diversitate affectuū, litibus effervescunt. *Barcl.*

Ják w domu, jáko u Oycá.

-- -- -- Non vobis rege Latino
Divitis uber agri, Trojævé opolentia deêrit. *Virgil.*

Ják w pięń duszę Pán Bog wlał.

Prometheus multo innexuit æthera limo. *Stat.*

Truncus iners, & inutile lignum. *Ovid.*

-- -- Truncoq; simillimus Hermæ. *Id.*

Ják záiąc ná bębnie.

Pax tamen interdum, & pacis fiducia nunquam. *Ovid.*

Pompejo trepidâ quatitur formidine pectus;
Thessaliano nox omnis habet. - - *Lucan.*
nam in Thessalia victus fuerat Pompejus.

Inter suspecta malè vivitur. *Sen. ep. 74.*

Ják źle, ták źle.

Alia

Alia ex alia cura fatigat,
Vexatq́; animos nova tempestas. *Sen. in*
Urget lachryma lachrymam; *(Agam.*
Fœcundusq́; sui se numerat dolor. *Sarb. l. 4. o. 13.*
-- Miseros tristis fortuna tenaciter urget,
Nec venit incæptis mollior aura meis.
Ovid.
-- Eadem fortuna viros tot casibus actos
Insequitur. -- -- -- *Virg. 1. Æn.*
-- -- -- Nullusq́; dies non triste minatur
Augurium. -- -- -- *Sil. Ital.*
Nondum ruentis Ilij malum stetit. *Sen. in Troade.*
-- -- -- Prosperis rebus locus
Ereptus omnis, dira, quà veniant, habent.
Id. ibid.
Expectant curæ, catenatiq́; labores. *Mart. l. 1. ep. 15.*
-- -- Nulla lux unquam mihi
Secura fulsit, finis alterius mali,
Gradus est futuri; protinùs reduci novus
Paratur hostis. -- -- -- *Sen. in Herc. furen.*
Jam magìs atq́; magìs præceps agit omnia fatum. *Lucan.*
In regnum fortunæ, & quidem durum atqve invitum venimus: illius arbitrio digna atq́; indigna passuri. *Sen. c. 10. ad Marc.*

Urge-

Urgebunt nova incommoda, priùs quàm prioribus ſatis fecerit. *Id. ibid. c.* 11.

Fortuna triſtis currere ſæcula
Auro laborata, & recuſos
In pretium vetat ire menſes. *Avanc.*

Ják z kámieniá. v. *Ják źle &c.*

In ſemel miſeros aliquod privilegium habet infelicitas. *Pacatus.*

Ferrea ſors vitæ difficilisq; premit. *Ovid.* 4. *Triſt.*

Durat in extremum, vitæq; noviſſima no- (ſtræ
Proſequitur fati, qui fuit antè, tenor. *Id. ep.* 6.

Quis Deus oppoſuit noſtris ſua Numina votis? *Ovid. ep.* 5. *Heroid.*

Ják z wrzodem; nie dogodźiſz. v. Nie tykány.

Vitentur triſtes & omnia deplorantes; quibus nulla non cauſa in querelas placet. *Sen. c.* 7. *de Tranqu.*

Ut ulcera ad levem tactum, deinde etiam ad ſuſpicionem tactûs condoleſcunt; ita animus malè affectus minimis offenditur. *Id. l.* 3. *c.*16. *de Ira.*

Nunquam ſinè querela ægra tanguntur. *Id. ibid. l.* 3. *c.* 9.

Imbecilla ſe lædi putant, ſi tanguntur. *Id. ibid. l.* 1. *c.* 34.

Molliendo fovendoq; ægra ingenia, & in lætitiam evocando, vix unquam demulſeris. *Nèót.*

Con-

Constet illi licèt fides & benevolentia, tranquillitati tamen inimicus est comes perturbatus, & omnia gemens. *Sen. c. 7. de Tranqu.*

Mensq́; pati durum sustinet ægra nihil. *Ovid. el. 1. de Pont.*

Tractari vulnera nostra timent. *Id.*

Jáká pracá, táká płacá. v. *To zá to.*

Ornatur proprijs industria donis. *Claud.*

Hæc sunt officijs munera digna tuis. *Ovid. ep. 10. Heroid.*

Cætera distincto donata est munere turba;
Ut virtus, & dextra fuit. -- -- *Sil. Ital.*

Quod quisq́; fecit, patitur: auctorē scelꝰ
Repetit, suoq́; premitur exemplo nocens. *Sen. in Herc. fur.*

-- -- Hæc illa venit post prælia merces. *Stat. 2. Theb.*

Jákby go ná Tureckiego koniá wsadźił.

Spes improbissimas amplectuntur, insperata consecuti. *Sen.*

Ire polo, nitidosq́; errare per axes
Visus. -- -- -- *Stat. 2. Theb.*

Icarus audaci fortiùs arte volat. *Ovid.*

Nunc mihi summa licet contingere sidera plantis. *Prop. el. 8.*

-- -- -- Victorq́; ad sidera mittit
Sidereos oculos, propiùsqvè aspectat Olympum,

Inqui-

Inquiritq; Jovem: nec solâ fronte Deorũ
Contentus manet; & cœlum scrutatur in alto,
Cognatumq; sequens corpus se quærit in astris. *Manil. l. 4.*

Jakby trzech zliczyć nie umiał. v. *Owieczká &c.*

Non es tam simplex, quàm vis Callistrate credi;
Nam quisquis narrat talia, plura tacet. *Mart. l. 12. ep. 35.*

Simplex apparet, simplicitate caret. *Oven.*

Publico verecunda perversitas se ex arte regit, conscia proprij: statim ut aspectum fugerit, ad quodcunq; audax. *Gyges Gallus.*

Jáki Pan, táki kram.

Nemo aptior ad propinandos alijs errores, quàm qui eos prior, & superior hauserit. *Barcl.*

Ruricolæ Cereri, teneroq; assurgite Bacho;
Pollucem pugiles; Castora placet eques. *Ovid. 1. Fast.*

A capite bona valetudo; indè omnia vegeta sunt atq; erecta, aut languore demissa: prout animus illorum viget, aut marcet. *Sen. l. 2. c. 2. de Clem.*

Utq; Ducum lituos, sic mores castra seqvuntur. *Claudian.*

Jáko

Jáko ćię mogę, lubo y przez nogę.
-- Quæ ſit fortuna facillima, tento. *Virgil.*
Jáko ćię widzą, ták ćię piſzą, (*Claud.*
-- -- Mentemq; palàm teſtatur amictus.
Forma niſi in veras non cadit iſta Deas.
Ovid.
Ubiq; tanti quiſqve, quantum habuit, fuit. *Sen.*
-- Sævus ac minas vultu gerens,
Et qualis animo eſt, talis inceſſu venit.
Id. Herc. fur.
hoc de Hercule ex ejus optimo habitu.
Si modò me ſpernis, mutatâ veſte redibo;
Quod mihi non dederis, veſtibus ipſe dabis. *Oven.*
Ex cortice de nucleo judicamꝰ. *Paræmia.*
Jáko co złego.
Atropos hos, atq; ipſa novat Proſerpina cultus, *Stat.* 1. *Theb.*
-- -- -- -- -- Ut
Torrens, ut tempeſtas, ut fulminis ira coruſci. *Sil. Ital.*
Jáko do pniá mowił. v. *Mnie z uſt &c.*
-- Stat monitis contraria virtus. *Ovid.*
Ad rigidas canto carmē inane fores. *Id.*
Jáko galą, ták biją. (laudo:
Mentiris? credo: recitas mala carmina?
Cantas? canto: bibis Pompiliane? bibo. *Mart. l.* 12. *ep.* 40.
Ut

Ut præstem Pyladen, aliquis mihi præstet
Oresten. *Id. l. 6. ep.* 11.

Jáko kámień, twárdy, nie użyty. v. *Tyran.*

Ille velut rupes, ceu cautes saxeus hæret. *Stat.*

Et tua sunt silicis circum præcordia venæ,
Et rigidũ ferri semina pectꝰ habet. *Ovi.*

Natus es è scopulis, nutritus lacte ferino. *Idem.*

Hoc neq; in Armenijs tygres fecêre latebris. *Id.*

Mitius ingenio, quàm tu, genus omne ferarum. *Id.*

Dixeris ingenium mitius esse feris. *Id.*

Jáko sobie pośćieleſz, ták śię wyſpiſz.

-- -- Sua cuiqve exorsa laborem,
Fortunamqvè ferent. -- -- *Virgil.*

Valentior omni fortunâ animus est; in utramq; partem res suas ducit, beatæ ac miserrimæ vitæ sibi causa est. *Sen. ep.* 98

Jeden ſáſá, drugi do láſá.

Unusquisq; suâ noverat ire viâ. *Prop.*

Quilibet sibi rex, quilibet lex. *Cromer.*

Inter utrumq; fremunt immani murmure venti:
Nescit cûi Domino pareat unda maris. *Ovid.*

Jeden to lubi, drugi to. v. *Káżdy co inſzego &c.*

Sic crebrò loquitur, quibus oblectatur arator,

 De

De bob9, rastris, de vomere; navita narrat
De velis, remis, de restibus atq; carinis:
Miles equos numerat, gladios, hastilia, pugnas. *Paling.*

Jeden w drugiego.

Omnes vincere erant digni, judexqvè vebar,
Non omnes causam vincere posse suam. *Ovid.*

Omnes ire leves, atq; omnia vincere digni. *Stat.*

Ambo animis, ambo insignes præstantibus armis. *Virg.*

Nectareis vocat ad certamen Hymetton
Audax Hybla favis. -- -- *Sil. Ital.*

Ætas, forma, habitus, & arcanus luminum vigor; pares animi, & quamvis in diversis frontibus, una majestas. *Barcl.*

Jedná biedá nie dokuczy.

Urgebunt nova incommoda, priùs quàm veteribus satisfeceris. *Sen. c.* 10. *ad Marc.*

Nec mihi pars nocuit de gurgite parva, sed omnes
Pressêre hoc fluctus, Oceanusq; caput. *Ovid.*

Solitaria nunquam incedunt infortunia. *Strada.*

Vocant se in subsidium calamitates, nec sinè mutua societate stare potest fatorũ malignitas. *Ines.*

Jedná to burſá.

-- -- Cauſa hos facit una ſodales,
Illicitum duxiſſe nihil. -- -- *Claudian.*
-- -- -- -- Delicta fuêre
Nexus amicitiæ. -- -- -- -- *Idem.*
-- -- -- -- Nec carior olim
Mutua Ledæos devinxit cura Lacones. *Id.*

Jednemu ſię to podoba, drugiemu nie. v. *Jeden to lubi &c.*

-- -- Alijs violentior æquò (trâ
Viſa Dea eſt; alii laudant, dignamq́; ſeve-
Virginitate vocant. -- -- *Ovid.* 3. *Met.*
Quo tua non poſſunt offendi pectora facto,
Forſitan, hoc alio judice, crimẽ erit. *Id.*

Jednemu ſzydłá golą, drugiemu brzytwy nie chcą. v. *Szcześliwy &c.*

Sunt alijs fauſtæ, quibus alea luditur, artes. *Ovid.*
- - Multos fecit fortuna nocentes. *Lucan.*
Hos eadem varijs genuerunt viſcera fatis. *Idem.*
Ille crucem ſceleris pretium tulit, hic diadema. *Juven.*
In multis fortuna pro culpa fuit. *Sen. l.* 1. *de Clem.*
Multos tibi dabo, quibus vitia non nocuerint, multos, quibus profuerint. *Id. ep.* 114.

Euriſtêus facili regnat in otio;
Alcmenâ genitus bella per omnia
Monſtris exagitat teliferam manum.
Sen. in Herc. fur.

-- -- Cur tantas verſat
Fortuna vices? premit inſontes
Debitâ ſceleri noxiò pœnâ;
Ac perverſi reſident celſo
Mores ſolio. --. *Boët. l. 1.*

Jedno bez drugiego nic: jedno do drugiego.

Et ſinè radice inutiles rami ſunt, & ipſæ radices his, quæ genuêre, juvantur. *Sen. ep. 95.*

Si ſingula exſuperare non poſſunt, plura in unum congeſta ſuperabunt. *Id. l. 3. c. 32. de Benef.*

Jedno porzući, drugie weźmie.

Rem peragit nullam Sertorius, inchoat omnes,
Hunc ego, cùm comedit, non puto perficere. *Mart. l. 3. ep. 98.*

Jeſzcze to nie Amen.

Hæc eſt venturi prima favilla mali. *Proper.*

-- -- -- -- Properate
Dum vacat, à tergo grandius urget opus. *Ovid.*

Nos alias ad lachrymas hinc eadem horrida belli
Fata vocant. -- -- -- -- *Virg.*

-- Le-

-- -- Levia perpeſſi ſumus;
Si flenda patimur. -- -- *Sen. in Troade.*
Exitus acta probat; careat ſucceſſibꝰ opto,
Quiſquis ab eventu facta notanda putat.
Ovid. ep. 10.
Nondum ruentis Ilij, malum ſtetit.
Sen. in Troade.
Exoritur aliquod majus ex malo malum.
Id. ibid.
-- -- -- Fluctus aſſueta minores
Nôſſe ratis, nondum Jonijs credenda periclis. *Stat.*
Ieſzczes ty nie ſzczwány. v. Fryc.
Tu nova nunc primùm miles in arma venis. *Ovid.*
Ile włoſow ná głowie, tyle utrapienia.
Multaq; credibili tulimꝰ majora, ratamq́;
Quamvis acciderint, non habitura fidẽ.
Ovid.
Littora quot conchas; quot amæna roſaria flores;
Quotvé ſoporiferum grana papaver habet;
Silva feras quot alit; quot piſcibus unda natatur:
Tot mala pertulimus. - *Id.l.5.Triſt.el.*1
Vere priùs flores, æſtu numerabis ariſtas,
Poma per autumnũ, frigoribusq́; nives;
Quàm mala, quæ patior. -- -- *Id. ibid.*

Quàm multæ gracili terrena ſub horrea curſim
Limite formicæ grana referre ſolent;
Tam me circumſtant denſorum turba malorum. *Id.*
Ilias eſt fati longa futura mei. *Idem.*
Nec numerus noſtris caſibus eſſe poteſt. *Idem.*

Im czego bárdźiey zákázują, tym &c.
v. *Czego naybárdźiey &c.*
Signata furem ſollicitant. *Sen.*
- - Moderamina ipſa nocebāt. *Ovi.* 3. *Met.*
Sic ego torrentem, quà nil obſtabat eunti,
Leniùs, & modico ſtrepitu decurrere vidi;
At quàcunq; trabes, obſtructaqvè ſaxa tenebant,
Spumeus, & fervens, & ab obice ſævior ibat. *Idem ibid.*

Im dáley w lás, tym wiecey drew.
v. *Ják źle &c.*
Jam magìs atqve magìs præceps agit omnia fatum. *Lucan.*
Et gravis incæptum peragit fortuna tenorem. *Ovid.*
In lachrymis vita eſt tota peracta mihi. *Lipſ.*
Non agitur vento noſtra carina ſuo. *Ovid.*

Im kto jeſt więkſzy, tym bywa lepſzy.
Quò quiſqve eſt major, magis eſt placabilis iræ. *Ovid.* Opti-

Optima vi noxiâ carent. *Sen. ep.* 75.
Omnis ex infirmitate feritas. *Id. c.* 3. *de vita beata.* (tat:
Lenè fluit Nilus, ſed cunctis amnibus ex-
Torrentes immanè fremunt. -- -- *Claud.*
Pax majora decet. -- -- -- *Idem.*
-- -- Quò te celſum altiùs
Superi levârunt, mitiùs lapſos preme. *Sen. in Troade.*
-- -- Minimas rerum diſcordia turbat;
Pacem ſumma tenent. -- -- -- *Lucan.*
Fremitus in brevibus ſæpè immanior.
Sen. in Herc. fur.
-- -- Quiſquis eſt placidè potens,
Dominusq; vitæ; ſervat innocuas manus,
Et incruentum mitis imperium regit,
Animoqvè parcit. -- -- *Id. ibid.*
Nuſquam ſidera mugiunt,
Aut latrat Procyon, aut Libyco duplex
Rugitu reboat polus;
Labuntur tacito ſumma ſilentio. *Sarb. l.* 1. *O.* 18.
Im prędzey, tym lepiey. v. *Odwłoká &c.*
Vidi ego, quod primò fuerat ſanabile vulnus,
Dilatũ longæ damna tuliſſe moræ. *Ovi.*
Optima vindictæ proxima quæq; dies. *Id.*
Qui non eſt hodie, cras minùs aptus erit.
Idem.

-- -- -- Tu modò fortibus
Inſta conſilijs, & rude nobili
Urge propoſitum manu. *Sarb. l. 2. O. 4.*
-- -- Rumpe moras, & ſolidum gravi
Curæ deme diem, quem tibi candidus
Spondet veſper, & albis
Cras horæ revehēt equis. *Id. l. 4. O. 35.*

Inſza to przed tym było.

Simplicitas rudis antè fuit, nunc aurea
Roma. *Ovid.*
Priſca juvent alios, ego me tunc deniq;
natum
Gratulor. -- -- -- -- *Idem.*
-- -- Non noſtros manſit in annos
Ruſticitas, priſcis illa ſuperſtes avis. *Id.*
Hoc apud intonſos Numen habebat a-
vos. *Idem.*

Inſzych náuczáćie, ſámi nie dźiáłaćie.
v. *Ná kogo &c.*

A præceptis incipere omnes, qui monere aliquem volunt, & in exempla interim deſinere. *Sen. ad Marc.*

Age, non quod agis, ſed quod dicis, & feliciter perſuaſiſti. Auctoritas magiſterij conſtat ex vita. *Chryſol.*

Corripis, obſervas, quereris, ſuſpiria ducis:
Nîl mihi vis, & vis cuncta licere tibi.
Mart. l. 11. ep. 40.

Judá-

Judáßowſkie pocałowánie. (*Claudian.*
Infunditq́; animo furiale per oſcula virg.
-- -- -- -- Infectaqvè ſemper
Punica verba dolis -- -- -- *Sil. Ital.*
Magìs ſpeciem amicitiæ, quàm vim tenuit. *Tacit.*

Już ći ſię też kłániáć nie będę.
Jam mea votivâ puppis redimita coronâ,
Læta tumeſcentes æquoris audit aquas. *Ovid.*
Quod perijt, ſalvum jam caput eſſe poteſt. *Idem.*

Już też to koniec.
-- Quidquid dura ſub ſorte manebat
Exhauſtum eſt; vobis reſtant meliora laborum. *Sil. Ital.*
-- -- Poſitusq; labor, terrorq́; perîcli. *Id.*

Już to nie przelewki. v. Nie przelewki &c.
-- -- -- Curâ graviore timetur
Proxima tempeſtas. -- -- *Juvenal.*
Heu fuge, nate Deâ, teqvè his (*ait*) eripe flammis;
Hoſtis habet muros, ruit alto à culmine Troja. *Virg.*

Już to nie rychło.
Serò animus ad periculorum patientiam poſt pericula inſtruitur. *Sen. c. 11. de Tranqu.*

-- -- Serò reſpicitur tellus, cùm fune ſoluto
Currit in immenſum panda carina ſalum. *Ovid.*
Sera nimis conſulta paras, jam rebus in arctis. *Lucan.*
Serò clypeum poſt vulnera ſumis. *Ovid.*

K.

Kámień ná mieyſcu obraſta.
Coaleſcere non potes, niſi deſinas circumſpicere, & errare. *Sen. ep. 7.*
Nihil tam utile eſt, quod in tranſitu proſit. *Idem ibid.*
Non convaleſcit planta, quæ ſæpè transfertur. *Id. ibid.*

Kámieniábym ruſzył; kámięńby zápłákáł ná demną.
-- -- -- -- Moturaqvè duros
Verba loquor ſilices. -- -- -- *Ovid.*
Carnifici mea flenda poteſt fortuna videri. *Idem.*
Alienis delectari malis, voluptas inhumana. *Barcl.*
Cladibus Græcis vel Troja daret lachrymas. *Idem.*

Kámienne ſerce. v. *Ják kámień.*
Kámień zá chleb. v. *Zá moje żyto &c.*

Kápli-

Kápliczkę ma przy Kośćiele diabot. v. *Przy Kośćiele &c.*

Karány lepßy. v. *Cwiczony &c.* v. *Dmucha &c.* (ep. 71.

Virtutem incitat, quidquid infeftat. *Sen.*

-- Audaces cogimur eſſe metu. *Ovid.*

Materia eſt proprijs ingenioſa malis. *Id.*

-- Timeo naufragus omne fretum. *Id.*

Non procul à ſtabulis audet diſcedere, ſi quæ
Excuſſa eſt avidi dentib9 agna lupi. *Id.*

Terretur minimo pennæ ſtridore colũba,
Unguibus accipiter ſaucia facta tuis. *Id.*

-- -- Si quæ Capharea fugit
Navis, ab Euboicis vela retorquet aquis. *Idem.*

Káßc ſię ná wielkie rzeczy.

-- -- -- Immenſum natari
Exiguo ſuperare lembo
Præſumis æquor. -- -- *Ines.*

Cœlo ſubijcis humerum. quod vix Atlas lacertoſus auderet ferre. *Nèòt.*

-- -- Majoraqvè viribus audes. *Ov. 2. Met.*

Conveniunt cymbæ vela minora tuæ. *Id.*

Kazat Pan, muśiat ſam. (3. *Met.*

-- -- Iidemq; parentq; jubentqvè. *Ovid.*

-- Monſtrantqvè ſimul, parentqvè jubentes. *Stat. l. 1. Silv.*

Káżdá liſzká ſwoy ogon chwali.

Neminem tanti ab alio, quanti à ſe ipſo æſtimari. *Sen. l. 2. c. 28. de Benef.*

Quisq; ſibi contra omnes favet. *Id.ibid.l.4.*

Aut nimius ſuſpectus ſui, aut inſitum mortalitati vitium, ſe, ſuaq; mirandi. *Id.ib.*

Quem pigeat ſua facta loqui? --- *Stat.*

Qui quod amat, ſemper defendere fortiter audet. *Ovid.*

Peſſima ſit, nulli non ſua forma placet. *Id.*

Proq; ſua cauſa, quisq; diſertus erat. *Id.*

Noſtra nos ſinè comparatione delectant. *Nèót.*

Circa propria affectionis præſtigijs affectus deluditur, ut ſemper alienis præſtantiora arbitretur ſua. *Idem.*

Ambitioſo placent deformia, dummodò ſua. *Idem.*

Káżdá rzecz ma ſwoy czás. v. Czáſu upátrywáć &c.

Ceſſat hyems, madidos exſiccat vere capillos;
Ver fugit æſtates, æſtatum terga laceſſit
Pomifer autumnus, nimbis ceſſurus & undis. *Lucan.*

Káżdemu po jednemu.

-- -- Meritos aris mactabat honores,
Taurum Neptuno, taurum tibi pulcher Apollo. *Virg.2.Æn.*

-- Ma-

-- Mactant lectas de more bidentes
Legiferæ Cereri, Phœboqvè, Patriqvè Lycæo. *Id. 4. Æn.*

Káždy co inſzego lubi. v. Jedento, drugi to &c.

Pars thyma, pars rorem, pars meliloton amat. *Ovid.*

Curribus Automedon, lentisqvè erat aptus habenis,
Typhis in Æmonia puppe magiſter erat. *Idem.*

Populus Alcidæ gratiſſima; vitis Jaccho. *Virg. Ecl. 7.*

Formoſæ myrthus Veneri, ſua laurea Phœbo,
Quercus amica Jovi, tumulos tectura cupreſſus. *Claud.*

Sunt, quibus Eleæ concurrit palma quadrigæ,
Sunt, quibus in celeres gloria nata pedes. *Propert.*

Stoici nugas reputant, quod ſuus Zeno non tradidit; Academici ruſticanum exiſtimant, cui ſuus Plato non valdè placet; Peripathetici rupicē & petronem credunt, qui Ariſtotelis argutias extricare nititur. *Sen.*

Káždy kray ma ſwoy obyczay.

-- Rubra dabunt pretioſas æquora conchas;
Indus ebur, ramos Panchaja, vellera Seres. *Claud.*

-- Ma-

-- -- Magnetes equis, Minyæ gens cognita remis. *Lucan.*

Káżdy ma co nowego przydáć. v. *Słowo ptakiem &c.*

Maxima de nihilo naſcitur hiſtoria. *Prop.*

Auditis aliquid novꝰ adijcit auctor. *Ovid.*

Multis auctoribus fabula invaluit. *Barcl.*

Inter viros etiam magnos ex levi rumore conſtans fama propagatur. *Idem.*

Káżdy ma ſwego mola.

Unicuiq; dedit vitiũ natura creato. *Prop.*

Diverſiſſimis cauſis infeliciſſimè jactamur omnes. *Sen.*

Sicut in peſſimis aliquid boni, ita in bonis aliquid peſſimi reperitur. *Idem.*

Et quis nõ cauſas mille doloris habet? *Ovi.*

Omnia in omnibus vitia ſunt, ſed non omnia in ſingulis exſtant. *Sen. l. 4. c. 27. de Benef.*

Nullum ſinè venia complacuit ingenium. *Id. ibid.*

Quoſdam nobilitas, quoſdam humilitas premit: quibuſdam aliena imperia ſupra caput ſunt, quibuſdam ſua. *Idem c. 10. de Tranqu.*

Alius libidine inſanit; alius abdomini ſervit; alius lucri totus eſt, cujus ſummam non vinces: alius invidiâ labo-

rat;

rat; alius cæcâ ambitione & in gladios ruente. *Id. l. 7. c. 26. de Benef.*

Nemo facilè cum fortunæ ſuæ conditione concordat. *Boët. l. 2. pr. 4.*

Quis eſt enim tam compoſitæ felicitatis, ut non aliqua ex parte cum ſtatûs ſui qualitate rixetur? *Idem ibid.*

Káżdy ma ſwoje ále. v. *Koń cztery &c.*

Nullum ſinè venia placuit ingeninm. *Sen. ep. 114.*

-- -- -- Nunquam ſincera bonorum
Sors ulli conceſſa viro: quem vultus honeſtat, (chrior ornat,
Dedecorant mores: animus quem pul-
Corpus deſtituit: bellis inſignior ille;
Sed pacem fædat vitijs. -- -- *Claud. l. 1. de Laud. Stilic.*

Da mihi quemcunq; vis magni nominis virum, dicam quid in illo ætas ſua ignoverit, quid in illo ſciens diſſimulaverit. *Sen. ep. 114.*

Huic ſenſus exuberat, ſed eſt pudori degener ſanguis; hunc nobilitas notum facit, ſed anguſtiâ rei familiaris incluſus, mallet eſſe ignotus; ille utroqve circumfluus, vitam cœlibem deflet. *Boët. l. 2. pr. 4.*

Káżdy ma ſwego przyjaćielá, ſwoję obronę.

Sæpè premente Deo, fert Deus alter opem. *Ovid.*

Ode-

Oderat Æneam, propior Saturnia Turno;
Ille tamen Veneris Numine tectus erat.
Idem.
Jupiter in Trojam, pro Troja stabat Apollo;
Æqua Venus Teucris, Pallas iniqua fuit.
Idem.
Káżdy sobie o tey dobie: káżdy ná swoje koło wodę. v. Sobek.
Nec enim utilius quidquam est, quàm sibi utilem fieri. *Sen. l.* 1. *c.* 11. *de Benef.*
Proximus ipse egomet mihi sum; proximus es tu;
Quid prohibet, quin sit proximus ille sibi? *Oven.*
Ita sumus comparati, ut suum, qvemqve rapiat. *Barcl.*
Sibi gnavi quiqve, alijs graves. *Idem.*
Cui studeat, Deus omnis habet. -- *Ovid.*
Kiedy ma bydź kwáśno, niechże będźie jak ocet. v. Lepiey zá &c.
Tutum est per scelera sceleribus iter. *Sen.*
In regnum fortunæ, & quidem durum atqve invictum pervenimus; illius arbitrio digna atq; indigna passuri. *Id. c.* 11. *ad Marc.*
Tutiùs est quosdam offendere, quàm demeruisse. *Idem.*
-- -- -- Trahere omnia secum
Mersa juvat, gentesqvè suæ miscere ruinæ. *Lucan.*
Kiedy

Kiedy máß pokoy, dayże pokoy.

Non expedit concutere felicem ſtatum, ipſa ſe fata explicant. *Theſaur.*

Kiedy ná niedźwiedźiá gáłązká ſpádnie to mruczy, á jáko dąb &c.

Ad tinnitū æris expaveſcimꝰ, & tonitrua nobis patienter audiēdá ſunt. *Sen.ep.74*

In minimis dolorem ſuum profitetur, graviſſimis ſubitisq; magnitudinem injuriæ inopinatæ exortam, in alvum trahit. *Idem.*

Curæ minores loqvuntur, majores ſtupent. *Id. in Hippol.*

Vis minor emittit vocem, at major tenet. *Idem ibid.*

Colluctari cum minoribus malis non vacat, ubi metꝰ majorū apparuit. *Id.ep.74*

Non vacat parva notare, cùm majora inſtant. *Id. c. 10. de Conſtant. Sapient.*

Tacere, multis diſcitur vitæ malis. *Idem in Thyeſte.*

Nimio otio ingenia, naturâ infirma, & muliebria, & inopiâ veræ injuriæ laſcivientia, his commoventur. *Id. c. 10. de Conſt. Sapient.*

Kiedy pieſká bíją, lewek ſię boi. v. Lewek &c.

Omnium animos mala aliena ſollicitant. *Seneca.*

Paucorum periculo multorum metu fulmina cadunt. *Idem.*

Unum calamitas opprimit. cæteros metus; parēq; paſſis triſtitiā facit, poſſe pati. *Id.*

Ad ictum fulminis vicina tremunt, quibusdam percuſſis. *Gramond.*

Kiedy piwo robiſz, nie wſpominay kwáſu.

Dîj, precor, à nobis omen removete ſiniſtrum. *Ovid.*

Benè auſpicatis cave malè ominoſa accerſere. *Nèot.*

Kiedy przyidźieſz miedzy wrony, ták kracz jáko y ony.

Sive eris in Tyrijs, Tyrios laudabis ami- (ctus;

Sive eris in Cois, Coa decere puta. *Ovi.*

In eum intravimus mundum, in quo his legibus vivitur. *Sen. ep.* 91.

Kiedy ſię chłop przepośći, nie ſzuka w chlebie ośći.

Nihil contemnit eſuries, ambitioſa non eſt fames; contenta eſt deſinere. *Sen. ep.* 124.

Quidquid ex neceſſitate deſideratur, ſinè faſtidio ſumitur: recipiunt ſupervacua delectum. *Id. ibid.*

Simplici curâ conſtant neceſſaria; in delicias laboratur. *Id. ep.* 90.

Fames me appellat? ad proxima quæqve tendatur manus, ipſa mihi commendabit, quodcunq; apprehendero. *Id. ibid.*

Malum

Malum panem, inquis? expecta bonus fiet: etiam tenerum illum & triticeum fames redolet. *Id. ep.* 124.
-- Cibus esurie suavis, requiesq; labore;
Sic potus vexante siti, sic frigore flamma.
Fatuus est pretiosi vini. (*Paling.*
Kiedy sowá zkobużieje, wyżey látá niż jastrząb.
Nulli ad calcandos alios paratiores, quàm qui contumelias facere, accipiendo didicerunt. *Sen. l.* 3. *c.*28. *de Benef.*
• Asperius nihil est humili, cùm surgit in altum:
-- -- -- -- Desævit in omnes;
Ut se posse putent. - - *Claud.l.*1.*inEutrop.*
Tantum, in quassata bellis, caput extulit urbe;
Momentum ut rerum, & fati foret arbiter unus. *Sil. Ital.*
-- Illi sinè luce genus, surdũq; parentûm
Nomen, & immodicè vibrabat in ore canoro
Lingua procax. -- -- -- *Idem.*
Solet superba & impotens flatu nimis
Fortuna magno spiritus tumidos dare. *Sen. in Thyeste.*
Magna est initiorum suorum unicuiqve, cùm processerit, oblivio. *Idem.*
Nihil æquè intractabile est, & asperum, &

præfractum, ut homo, cui felicitatis opinio inhæserit. *Nèóter.*
Indiscreta, & repentè repentium pedissequa superbia: vix cuiquam contigit abundare fortunâ, & indigere arrogantiâ. *Pacat.*
Hominibus abjectis cognata superbia est. si altiùs steterint. *Nèót*
Abjecta humilitas, si vanæ fortunæ lenocinio erigatur, impotentiùs tumet. *Id.*
Kiedy trwogá, to do Bogá.
Fidelissimus est ex pœnitentia ad honesta transitus. *Sen.*
Magna & devota excidunt verba, cùm tortor poposcit manum. *Id. ep. 82.*
-- -- Cùm res trepidæ, reverentia Divûm
Nascitur, & raræ fumant felicibꝰ aræ. *Stat.*
-- -- Magnis exercita cladibus olim
Plebs Argiva litat. -- -- *Id. l. 1. Theb.*
-- -- -- -- Agnoscere solis
Permissum est, quos jam tangit vicinia fati. *Lucan.*
Dum pereunt, meminêre mali. - - *Claud.*
Kiedy zá co, to nie żal. v. Choć się zgrzeszyło &c.
Quæcunqve ex merito sors venit, æqua venit. *Ovid. ep. 2.*
Quæ venit indignè pœna, dolēda venit. *Id.*
Klin klinem wybić.
Fac, quod Medici solent; qui ubi usitata reme-

remedia non procedunt, tentant contraria. *Sen. l.* 1. *c.* 19. *de Clem.*
Calamitatesq; in remedium cessêre, & levioribus incommodis graviora sanata sunt. *Id. c.* 9. *de Tranqu.*
Sic eadē prodest causa, nocetq; mihi. *Ovi.*
Sic mihi res eadem vulnꝰ opēq; feret. *Id.*
Klinem mu tego z głowy nie wybijesz.
Incertarum rerum impressa persuasio omnia in animo natare facit. *Sen.*
Kocioł garcowi przygania. v. *Nie mowmy sobie żabo.* (*Juven.*
Væ tibi, væ nigræ dicebat cacabus ollæ.
Papulas observatis alienas, ipsi obsiti plurimis ulceribus. *Sen. c.* 27. *de vita beata.*
Quin potiùs mala vestra circumspicitis, quæ vos ab omni parte confodiunt; alia grassantia extrinsecùs, alia in visceribus ipsis ardentia. *Id. ibid.*
Kogo Bog kocha, tego biczykiem podcina.
Sæpè, quæ agellos pessimi cujusq; transierat, optimorum virorū segetem grando percussit. *Sen. l.* 2. *c.* 28. *de Ben.*
Kogo nie boli, nie czuje.
-- -- -- -- Agnoscere solis
Permissū est, quos tāgit vicinia fati. *Lucan.*
Kokoszá woyná.
Leves inter paria ictus. *Sen.*
Et certamen erat Corydon cum Thyrside magnum. *Virg. Ecl.* 7.

Kokoſzy ſię. v. Gorgoli ſię.

Tumido feroces impetꝰ animo gerit. *Sen.*

-- -- -- -- Facit ira valentem. *Sil. Ital.*

-- -- -- Ceu ſtipulâ crepitabat inani
Ignis iners, caſſamqvè dabat ſinè robore flammam. *Idem.*

Nunquam hunc animum natura minori
Corpore, nec tantas auſa eſt includere vires. *Idem.*

Komu cześć, temu chwała. v. Oſtrożnie z pamięty.

- - Tibi me eſt æqvum parere Menalca. *Virg. Ecl. 2.*

Koń cztery nogi ma, á przećię ßſánkuje. v. Káżdy ma ſwoje ále.

Sapientiſſimos quosq; viros multa delinquere. *Sen. l. 3. c. 24. de Ira.*

Quòdſi etiam prudentiſſimi peccant, cujus non error bonam cauſam habet? *Id. l. 3. c. 25. de Ira.*

Neminem eſſe tam circumſpectum, cui non diligentia aliquando ſibi ipſi excidat. *Id. l. 3. c. 24. de Ira.*

-- -- Curſu, ſonipes in ipſo
Concidit gyro, dominumqvè prono
Prodidit armo. *Sen. in Ædipo.*

-- -- -- -- Nemo eſt; (dat,
Qui non legitimo quandoq; à calle rece-
Qui non à recta interdũ declinet amuſſi.
Paling. Celpi-

Cespitat in media nonnunquam offensus arena,
Ter licèt Elæo pulvere victor eqvus.
Maßen.
-- -- Quandoq; bonus dormitat Homerꝰ;
Quæ modò dulce canit, stridula sæpè lyra est. *Idem.*

Kośći go á skorá; ják nie ten.
— Membrisq; cutis tegit ossa peresis. *Sil. It.*
Vix habeo tenuem, quæ tegat ossa, cutẽ. *Ovid.*
Si me nunc videas, visum priùs esse negabis. *Id.*
Et neqve sunt vires, nec, qui color antè manebat. *Idem.*

Kośćią mu w gárdle stanęło. v. *Wytchnieć mu &c.*
Quæ oblectamenta fuêre, lacerant diductum doloribus pectus. *Barcl.*
In insperata calamitate tristissimum est temporum exactorum felicitas. *Id.*

Kotá zá lisá przedáć. v. *Fárbowane to lisy.*
Delituit vitium proximitate boni. *Ovid.*
Suberunt huic multa vitia, quæ species alicujus conspicui, fulgorq; celabit. *Sen.*
Sunt virtutibus vitia confinia, & perditis quoqve recti similitudo est. *Id.*

Kotku nie porywáy się ná niedźwiedźia. v. *Nie porywáy się &c.*

Te tamen haud paribus decuit concurrere telis. *Claud.*

-- -- -- Nemo divos
Enceladus licèt insolente
Lacessit ictu; quem grave protinùs
Non insequatur fulmen, & ignei
Emota tempestas Olympi. *Avanc.*
Elog. Cæsarum.

Kowal nie ukuje, czego náturá nie dáłá.

Et tardum est, & varium, quod usus tradit: quidquid natura, æquale est. *Sen.*

Si præcepta nil adjuvant, omnis institutio tollenda est; ipsâ naturâ contenti esse debemus. *Id. ep. 94.*

Incertum est, & inæquale, quidquid ars tradit; ex æquo venit, quod natura distribuit. *Idem.*

Quæcunqve attribuit conditio nascendi, & corporis temperatura, cùm diù se multumqvè animus composuerit, hærebunt. *Id. ep. 20.*

Nunquam tua faciet esse fortuna, quæ à te natura fecit aliena. *Boët.*

Kozłá ná czele postáwić.

Nec grata est facies, cûi gelasinus abest. *Mart. l. 7. ep. 25.*

-- Turbato superavit Gorgona vultu. *Sil. Ital.*

- Obliquis crudus circũspicit hirquis. *Id.*

Fædo

Fædo turbida nubilo
Mutantur pavidis ora coloribus. *Sarb. l.* 1. *c.* 17.

Kracza ná mnie wszyscy.
Increpor à cunctis, totumq; immurmurat agmen. *Ovid.*
Telaq; in hunc omnes mittuntq; feruntqve. *Stat.*
Hic inter volucres medius ceu bubo receptus
Undiqve, qui cunctis poscerer, unus eram. *Maßen.*

Krasomowcá. v. *Wymowny.*
Hyblæis vox mista favis, cui sibila serpens
Poneret, & sævæ vellent servire novercæ. *Stat.* 2. *Silv.*
Vehemens & liquidus puroqvè simillimꝰ amni. *Virg.* 2. *Georg.*
-- Ubi pulsa mora est, atq; os cœleste solutum,
Hoc superos jures more solere loqui. *Ovid. l.* 5. *de Ponto.*
-- -- Qualis nitor oris amœnis
Vocibus? hinc solido fulgore micantia verbá
Implevêre locos; hinc exornata figuris
Advolat excusso velox sententia torno. *Lucan. ad Pison.*

O quis Latinæ fons opulentiæ
Exuberanti vividus impetu
Bacchatur, & lymphata ſecum
Corda rapax animosq́; volvit!
Qui nunc profundo volvitur alveo
Sententiarum, nunc gracili fluit
Torrente linguæ, nunc apertis
Ingenij ſpatiatur arvis. *Sarb.l.*1.*o.*22
Fons clarus auro fertur, & Atticis
Ludit ſmaragdis, non ſinè conſono
Liquentis electri ſuſurro, &
Murmure prætereuntis auri. *Id.ibid.*

Kruk krukowi oká nie wykole.

Cura Deûm dìj ſunt, & qui coluêre, coluntur. *Virg.*
-- -- -- Reſcindere nunquam
Dîjs licet acta Deûm. *Ovid.*
-- -- -- Numina vertices
Regum tuentur. -- -- *Avanc.*
Leves inter paria ictus. *Sen.*
Nunquam Jupiter extra ſuum cœlum in alieno tonat.

Kto inſſy do harápu.

Et lepus hic alijs exagitandus erat. *Ovid.*
Ad poſſeſſa venis præreptaqvè gaudia ſerus:
Spes tua lenta fuit; quod petis, alter habet. *Id. ep.* 17.

Si te vidissem, primus de mille fuisses;
Nunc concurrentes ultimus inter eris.
Kto koľáce, temu otworzą. (*Id.*
-- -- Notæ tangunt pia sidera voces. *Barcl.*
Vota suos habuêre Deos. -- -- *Claud.*
Ipsa pias lachrymas littora surda bibunt. *Propert.*
Vota movent superos. -- -- *Barcl.*
Kto milczy, zezwala.
Hæc satis in tacito signa fatentis erãt. *Ovi.*
Kto mocnieyßy, ten lepßy.
Leges, non metuentibus jura distinguit modus virium. *Sen.*
In summa fortuna æqvius, quod validiꝰ. *Tacit.*
-- -- Quos arma tegunt, & baltheꝰ ambit,
Quod placitum est illis, præstatur. - *Juv.*
-- -- Sed cedit viribus æqvum,
Victaq; pugnaci jura sub ense jacent. *Ovid.*
Jus est in armis, opprimit leges timor. *Sen. in Herc. fur.*
-- -- -- Mensuraqvè juris
Vis erat. -- -- -- -- *Lucan.*
Semel omnia victor jusserat. *Idem.*
Vis colitur, jurisqvè locum sibi vindicat ensis. *Sil. Ital.*
Omnia vis pro jure regit. -- -- *Maßen.*
Cuncta vides ferre judice strata jacent. *Id.*
Kto

Kto nie chce, to muśi.

Verbera plura ferunt, quàm quos juvat usus aratri,
Detrectant pressi dum juga prima boves. *Ovid.*

Kto od strachu umiera, temu nie dzwonić.

Quid juvat dolori suo occurrere? satis citò dolebis, cùm venerit. *Sen. ep.* 13.

-- -- -- Qui patitur mala
Ventura præsenti timore,
Bis miser est, dubiámqvè victus
Est ante pugnam. -- -- *Ines.*

Kto piße fràßki, trzebá mu fláßki.

Ingenium potis irritat Musa Pòétis:
Bacche soles Phœbo fertilis esse tuo. *Prop.*
Et nisi potus erit, nemo Pòéta fuit. *Oven.*

Kto pod kiem dołki kopie. ten sam w nie wpada.

In laqueos, quos posuêre, cadunt. *Prop.*

Retrogradum Deus agit furorem; ut qui fabricat malum capiti alieno, funus hinc proprium trahat. *Avanc.*

Aranea ijsdem frequenter implicata telis interijt, quas ad interitum muscarum texuerat. *Nèót.*

Kto się naybardźiey ofiáruje, ten zdradę gotuje.

Qui affectus verbis adornant, non ideò prædicare, quia fecerint, sed ut prædicarent, fecisse credantur. *Plin.*

Callidus non difficilem aditum præbet immo-

immodica cupientibus, ſpesq; improbas, nihil re adjuturꝰ, verbo favet. *Sen.*
Sirenum præſtigias ſemper effuge; quos vocant, hos vorant. *Theſaur.*
Fallax amicitia in ſpecie magìs verbis adornata, quàm ut penitꝰ credatur. *Tac.*
Vox fœcunda operum pulchræqvè accommoda fraudi. *Sil.*
Tuta frequensqvè via eſt, per amicum fallere numen. *Ovid.*
Qui te plus ſolitò demulcet carmine blando,
Te capere inſidijs nititur ille ſuis. *Oven.*
-- -- -- Blanda pericula
Jocoſa Siren' mentietur,
Ut pelagi tumulemur undâ. *Avanc.*
Quiſquis es, aſſiduas effuge blanditias. *Propert.*
Nulli jactantiùs fidem ſuam obligant, quàm qui maximè violant. *Strada.*
Kto ſię urodzi, umrzeć muſi. v. *Smierći termin &c.*
Lanificas nulli tres exorare puellas
Contigit; obſervant, quem ſtatuêre, diem. *Mart. l. 4. ep. 54.*
Kto w piecu lega, ten drugiego ożogiem śięga. v. *Ná kogo &c.*
Homicidæ tyrannus iraſcitur, & punit furta ſacrilegus. *Sen. l. 1. c. 1. de Clem.*
Quo-

Quotus quiſq; ex quæſtoribus eſt, qui non eâ ipſe lege teneatur, quâ quærit? quotus quiſq; accuſator vacat culpâ? Et neſcio, an nemo difficilior ſit ad dandam veniam, quàm qui illam petere ſæpiùs meruit. *Id. l.* 1. *c.* 5. *de Clem.*
Omnes præpoſteri nunquam ſuſtinent alienum exemplum. *Barcl.*
Hoc habent peſſimi optimum, quod aliena vitia ſeveriſſimè plectant. *Theſ.*
Illi plerumq; graviùs iraſcuntur alienis vitijs, qui impenſiùs amant ſua. *Id.*
Illud tantùm in ſceleſtis ad ſpeciem non ſceleſtum; quòd ſui ſimiles oderũt. *Ines.*
Delicti eſt idẽ reprehenſor, & auctor. *Ovi.*
Kuſlowy záciążek. v. *Wołoſſyn.*
Quêis neqve boni intellectûs, neqve mali cura, ſed mercede aluntur, miniſtri ſceleribus. *Tacit.* 12. *Annal.*
Ut quiſq; fortunæ inops, moribus turbidus, promptiùs ruebant. *Id. ibid.*
— -- -- Nos vilis in omnem
Prompta manus caſum, domino cuîcunqve parati. *Stat. l.* 1. *Theb.*
Kwáśnec też były, chce nie chcąc.
Homines noluiſſe videri volunt; quod aſſequi nequiverunt. *Mamert.*
Specie recuſantis flagrantiſſimè cupiebat. *Tacit.*

L.

Łácniey o złego, niż o dobrego.

-- -- -- -- -- Catilinam
Quocunqve in populo videas, quocunqve ſub axe:
Sed nec Brutus erit, Bruti nec avunculus uſquam. *Juven.*

Łácno o kiy, kiedy kto chce pſá uderzyć.

Nihil invenies tam manifeſtæ bonitatis, quod in contrarium non transferat livor. *Seneca.*

Etiam qui vitaverunt culpam, non effugerunt infamiam. *Id. c. 17. ad Helv.*

Nihil eſt tam ſacrum in rerum natura, quod ſacrilegum non inveniat. *Id. c. 3 de Conſt. Sap.*

Inveni noceam quâ ratione tibi. *Mart. l. 2. ep. 51.*

Facilè iratæ leges ſub ſpecie juſtitiæ, etiam contra innocentiã deſæviunt. *Neót.*

In gracili macies crimen habere poteſt. *Ovid.*

Łágodná mowá, ſnádná námowá. v. Kráſomowcá. v. Dobrocią &c.

Plurimùm proficit ſermo, qui minutatim irrepſit animo. *Sen. ep. 38.*

Difficilis quoqve & indomita natura blan-

blandientem feret, & nihil aſperum tetrumqvè palpanti eſt. *Id.l.3.c.8.de Ira.*
Immites potuit flectere cantibus
Umbrarum dominos, & prece ſupplici
Orpheûs ; Eurydicen dum repetit ſuam. *Sen. in* Herc. *fur.*
Mulcet non ſolitis vocibus inferos;
(ſcilicet idem Orpheus)
Et ſurdis reſonat clariùs in locis:
Deflent Eurydicen Threijciæ nurus;
Deflent & lachrymis difficiles Dij ;
Et qui fronte nimis crimina tetricâ
Quærunt, aut veteres excutiunt reos,
Flentes Eurydicen juridici ſedent. *Id. ib.*

Łágodnośćią więcey wſkoraſz. v. *Dobrocią &c.*

Naturâ contumax eſt humanus animus, & in contrarium atqve arduum nitens, ſequiturqvè faciliùs, quàm ducitur. *Sen. l.* 1. *c.* 14. *de Clem.*

Eqvum non crebris verberibus exterret domandi peritus magiſter: fiet enim formidoloſus & contumax, niſi eum tactu blandiente permulſeris. *Id. l.* 1. *c.*16 *de Clem.*

Łákomy nigdy nic nie ma. v. *Z ołtárzáby &c.*

-- -- Nullo in limite vota. *Claud.*
-- Exhauſti non ſaturabile pectus
Crudeſcit vulgi ſpolijs. -- -- *Sil. It.*

Nun-

Nunquam improbæ ſpei, quod datur, ſatis eſt. *Sen. l. 2. c. 27. de Benef.*

Eò majora cupimus, quò majora venerunt; multòqvè concitatior eſt avaritia in magnarũ opum congeſtu collocata. *Id. ibid.*

Componit opes, gazis inhians
Et congeſto pauper in auro eſt. *Idem in Herc. fur.*

Torquemurqvè metu cæcâqvè cupidine rerum;
Pauperiorqvè bonis eſt, quò plura requirit. *Manil. l. 41.*

Semper avarus eget. -- -- *Horat. ep. 1.*

Ac primùm, ſcelerum matrem, quæ ſemper habendo
Plus ſitiens, patulis rimatur faucibus aurum,
Trudis avaritiam. - - *Claud. l. 3. in laud. Stil.*

Non Tarteſsiacis illum ſatiaret arenis
Tempeſtas pretioſa Tagi, non ſtagna rubentis
Aurea Pactoli; totumqvè exhauſerit Hermum,
Ardebit majore ſiti. -- -- *Id. l. 1. in Rufin.*

-- -- Non fugit hoſpitum
Tecti pauperiem; dum minùs invenit
Sẽper, quàm cupiat; dum perimentibꝰ
Votis pectus inæſtuat. *Avanc.*

Lament, płácz, zgrzytánie zębow.

At domus interior gemitu, miſeroqvè tumultu (des
Miſcetur, penitùsq́; cavæ plangoribus æ-
Fœmineis ululant, ferit aurea ſidera clamor. *Virg.* 2. *Æn.*
Quòcunq́; aſpiceres, luctus gemitusqvè ſonabant,
Formaq́; nō taciti funeris inſtar erat. *Ovi.*

Łamią ſię ják niedzwiedźie.

Fulminei ſic dente ſues, ſic hiſpida turpes
Prælia villoſis ineunt complexibus urſi. *Stat.*
Cum pede pes junctus, pariter ſunt pectora proni, (mebant:
Et digitos digitis, & frontem fronte pre-
Non aliter vidi fortes concurrere tauros. *Ovid.* 9. *Met.*

Łáſká páńſká, ná pſtrym koniku. v. *Páńſká łaſká &c.* (*Neót.*

Ridenti domino, nec cœlo crede ſereno.
Ex facili cauſa dominus, mutatur & aura. *Idem.*

Lata, biega, ſżáleje. v. *Jako co złego.*

-- -- -- Diffuſis errare capillis;
Qualis ab Ogygio concita Baccha Deæ. *Ovid.*
-- Per medias paſſis furibunda capillis,
Evolat, ut hyrſo concita Baccha, vias. *Id.*

Ledwie nie ledwie ſię wyſkrobał.
Vix miſeris ſerum tanto laſſata perîclo
Auxilium fortuna dedit. -- -- *Lucan.*
Ley, przeley. v. *Rozgardyaß, lußtyk; daway że go.*
Phœbo vinoq; calent, annosq; precantur;
Quot ſumunt cyathos, ad numerumqvè bibunt. *Ovid.*
In multo nox eſt pervigilata mero. *Idem.*
Certârunt epulis continuare dies. *Id.*
Illic invenias qui Neſtoris ebibat annos;
Quæ ſit per cyathos facta Sibylla ſuos. *Idem.*
Ut placata fames epulis, bis terq; repôſtis,
Rex priùs alloquitur, paterisqvè invitat Achivos. *Stat.*
Largiùs effuſo madeat mihi mēſa Falerno,
Spumet & aurato mollius in calice. *Prop.*
Nunc mihi, nunc fumos veteris proferte Falernos
Conſulis, & Chio ſolvite vincla cado. *Tibull.*
Ariſtippus in purpura nepotatur. *Tertull.*
Leybowáty, rozkiſły, nikczemny. v. *Domátor.*
Segnis erat diſcinctaq; in otia natus. *Ovid.*
Hic ſibi deſidias molles, hic marcida luxu
Otia, hic & ſomnos torpens permiſit inertes. *ex Claud.*
Lekárſtwo ná pyßnego, nie dbáć nic o niego.

Superbo faſtidiri acerbiùs eſt, quâm non timeri. *Sen. l. 5. c. 6. de Benef.*

Nec ſperes aliquid, nec extimeſcas,
Exarmaveris impotentis iram. *Boët.*

Ineptam ſapientiam efferentibus ſatis pœnæ eſt ex prudentùm faſtidio. *Barcl.*

Lekárſtwá ná upor nie máß. v. *Mnie z uſt &c.*

Nulla datur, cæcum exſuperare, poteſtas
Conſilium. -- -- -- *Lucan.*

Lekkomyślny, nie uważny.

Fata ſed in præceps ſolitus dimittere Cæ-(ſar,
Fortunamqvè ſuam per ſumma pericula gaudet
Exercere. -- -- -- -- *Lucan. l. 5. Pharſ.*

-- -- Animamqvè in aperta pericula mittens. *Virg. 6. Æn.*

Leniwy zawße wymowkę znaydźie.

Nolle in cauſa eſt, & non poſſe prætenditur. *Sen.*

Lepiey było zginąć, niżeli &c. v. *Vmrzeć wolę &c.*

-- -- Mortis habet vices,
Lentè cùm trahitur vita gementibus. *Sen. (in Med.*

Summum crede nefas, animam præferre pudori. *Lucan.*

-- Heu quantò meliùs, vel cæde peractâ
Parcere Romano potuit fortuna pudori!
Idem.

Lepiey dołem. v. *Dołem &c.*

Effugit

Effugit hibernas demiſſâ antenna procellas;
Lataqvè plus parvis vela timoris habent. *Ovid.*

Minùs habet virium ſtatus ex humili. *Sen.*

Præterit mutas benè cymba ripas,
Quæ ſimul raucis ſtrepuêre ſaxis,
In latus cautam ſapiens memento
Vertere proram. *Sarb. l. 4. O. 11.*

Lepiey ná ſtárych śmieciách. v. *Kámień ná mieyſcu &c.*

-- -- Xanthum Simòéntaqvè redde,
Redde Pater miſeris; iterumqvè revolvere caſus
Da Pater Iliacos. -- -- *Virg.*

Lepiey ná ſczęśćie, ná odwagę. v. *Chcący zepſowáć &c.* v. *Lub zyſk &c.*

Multos fortuita ſanant, & in flumen alicui cecidiſſe frigore magno, cauſâ ſanitatis fuit. *Sen. l. 6. c. 8. de Benef*

Vulneris id genus eſt, quod cùm ſanabile non ſit,
Non contrectari tutiùs eſſe puto. *Ovid.*

Quibus conatibus ſolet eſſe pro virtute felix temeritas. *Seneca.*

Lintea dum proſunt, velisqvè ferentibus utar. *Ovid.*

Sæpè canes fruſtrà nemoroſis montibus errant,
Inq; plagas nullo cervus agente cadit.
Id. El. 3. art. am.

Capienda rebus in malis præceps via eſt.
Sen. Herc. fur.

Ubi animus errat, optimũ eſt caſum ſequi
Ducem. -- -- -- *Idem ibid.*

Cui ultima eſt fortuna, quid dubiam timet? *Idem.*

Interdum temeritas locò prudentis conſilij juvit. *Barcl.*

Lepiey zá obie nodze wisieć. v. *Mali bydź &c.*

Res eſt profectò ſtulta, nequitiæ modus.
Sen. in Med.

Meliùs patrati, quàm incæpti facinoris reum eſſe. *Barcl.*

Lepſʒe Bog bierze. v. *Gorſʒe rzeczy &c.*

Quæcunq; gregum pulcherrima cervix,
Ducitur ad jugulum. - - - *Stat. l. 4. Theb.*

Plena magis, nimio lilia ſole cadunt.
Mart. l. 8. ep. 32.

Exiguis prodeſt annoſa vetuſtas;
Grandibus accedunt tempore damna malis. *Ovid.*

Eripit ſe, aufertqvè ex oculis perfecta virtus: nec ultimum tempus expectant, quæ in primo maturuerunt. *Sen. c. 23. ad Marc.*

Triſtia Phylacidæ Terſites funera vidit;
Jamq; cinis, vivis fratribus, Hector erat.
Ovid.

Lepſʒe:

Lepße chwalá Bogu, niż Dáli Bog.

Meliùs est habere, quàm expectare. *Liv.*

Facta fugis, facienda petis: quærenda per Orbem

Altera; quæsita est altera terra tibi. *Ovi.*

Lepßy był nieboßczyk.

Natura mortalium est, ut nihil magis placeat, quàm quod amissum est. Iniquiores sumus adversùs relicta, ampliorum desiderio. *Sen. c. 16. ad Marc.*

Quàm benè Saturno vivebant rege per orbem!

Nunc Jove sub domino cædes & vulnera semper. *Tibull.*

Non ita vixerunt Strophio atqve Agamemnone nati:

Non hæc Ægidæ, Pirithoiq; fides. *Ovi.*

Tarquinio difficilis æmulatio cum servis, Tullio antecessore in bono moderatoqvè regimine. *Liv.*

Lepßy gil, niż motyl.

Meliùs est discessura nobis, quàm nulla bona contingere. *Sen. c. 12. ad Marc.*

Lewek się boi, kiedy pieská bĳą. v. *Kiedy pieská &c.*

Omnium animos mala aliena sollicitant. *Sen. ep. 74.*

Quisquis ab igne fulminis propior stetit, percusso similis obstupuit. *Id. ibid.*

Cùm feriant unum, non unum fulmina terrent;
Junctaq; percusso turba, pavere solet *Ovid.*

Sæva (*neq; admiror*) metuunt si fulmina quorum
Ignibus afflari proxima quæq; solĕt. *Id.*

Multa metu pœnæ, pœnâ qui pauca còërcet. *Idem.*

Unum calamitas opprimit, cæteros metus; paremqvè passis tristitia facit, posse pati. *Sen. ep. 74.*

Corrigi ultione pravos mores, & ad rectum, terrore supplicij deduci: cæteris quoqve exemplum esse culpanda fugiendi. *Bòét. l. 3. pr. 3.*

Lichoto ty, niemáß co bić. v. *Z gárzcibym ćię &c.*

Nunquam hunc animum natura minorì
Corpore, nec tantas ausa est includere vires. *Sil. Ital.*

-- Te & læsâ fido prosternere dextrâ. *Id.*

Lisy fárbowáne zá prawdźiwe uydą. v. *Fárbowáne to &c.*

Et melior vero quæritur arte color. *Ovid.*
Multaqvè dum fiunt turpia, ficta placent. *Idem.*

Lißká kuſa drugim ogoná przycinác rádźi. v. *Znam ćię &c.*

-- Pro-

-- -- -- Propriæ ſolatia ſorti
Communes vult eſſe notas. - - - *Stat.*
Rufinꝰ loquitur, qui fallere cũcta ſolebat,
Callidus affatu. - - - *Claud. l. 2. in Rufin.*

Lub zyzk, lub ſtrátá. v. *Lepiey ná ſczęśćie.*

-- -- -- Placet alea fati. *Lucan.*
Perdendi ſimul, & pereundi ardebat amore. *Sil. Ital.*
Hanc ego, vel victor regno, vel morte tenebo
Victus humum. - - - - *Virg. 12. Æn.*
Quamcunq; viam dederit fortuna, ſequemur. *Idem.*
- Sequimur, Divûm quicunqve vocâſti. *Stat.*
Sola placet fortuna comes. -- -- *Lucan.*
Decumanus hic fluctus aut tempeſtatem conſummabit, aut victam navim diducet. *Barcl.*

Ludźi ná świecie śiła, ále człek rzadki.

-- -- -- Simulacra videre
Mille, ac mille hominum, facilè eſt, ſed rarus ubiqve
Verus homo; ut poſſit non falſo nomine dici. *Paling.*

Ludźki. v. *Szczodry.*

Panditur hoſpitibꝰ valvis patentibꝰ aula,
Et riget obductis janua nulla ſeris. *Maßen.*

Ludzkością więcey wskorasz. v. *Dobrocią &c.* v. *Łagodnością.*

Etiam ea quæ extra intellectum & æstimationem meriti sunt posita, assiduitas tamen meriti pertinacis evincit. *Sen. l.* 2. *ep.* 14.

Łzy cię moje pobiją. (das,

Trans ego tellurem, trans altas audiar un-
Et gemitûs vox est magna futura mei. *Ovid.*

M.

MA swoje ná myśli. v. *Robi głową.*

Triste parat facinus, tacitâqvè exæstuat irâ. *Stat.*

Forsitan hæc alios, me mea damna movent. *Ovid.*

Mądry z káżdym się zgodźi. (*Ovid.*

Qui sapit, innumeris moribus aptus erit.

Frons nostra populo conveniat; intùs omnia dissimilia sint. *Sen. ep.* 81.

Sapiens non obruetur cœtu; & qualis singulis, talis universis apparebit. *Id. ibid.*

Soleo & in aliena castra transire, non tanquam transfuga, sed tanquam explorator. *Id. ep.* 2.

Máją zá swe. v. *Wytchnie mu &c.*

-- -- -- -- Commissaqvè magnò
Prælia stant Danais. -- -- -- *Virg.*

Sunt

Sunt illis ſua funera, parqvè per omnes
Tempeſtas. -- -- -- -- *Sil.*
-- Trojanis cum multo gloria venit
Sanguine. -- -- -- -- -- *Virgil.*

Mali bydź kwáśno &c. v. *Kiedy ma bydź kwáśno &c.* v. *Lepiey zá obie.*

Nemo tam timidus eſt, ut malit ſemper pendere, quàm ſemel cadere. *Sen.ep.* 22

Scelere in uno, non ſemel factum ſcelus. *Id. in Med.*

Et ferrum, & ignis medicinæ ſæpè locò eſt. *Id. ibid.*

Capienda rebus in malis præceps via eſt. *Idem.*

Hic ſtatus rerum eſt; ut ſit acerbiùs ægtotare, quàm extingui. *Barcl.*

Si quid animo deſtinavit, nunquam hæſit. *Gramond.*

Málo zá wiele. v. *Dobrá wola &c.* v. *Wola dobrá &c.*

Non quantum dederis, ſed quâ mente de- (diſti,
Penſandum eſt, placat victima parva Deum. *Ovid.*
Et Jovis infuſo taurorum ſanguine centũ
Sic capitur, minimo ut thuris honore dato. *Id.*
-- -- -- -- Placavit Numina ſæpè
Et minor ex humili victima porcus hara. *Idem.*

Etiamſi

Etiamſi manum exerere non licuit, gratus quoqve poteſt eſſe homo voluntate. *Sen. l. 2. c. 3. de Beneſ.*

Non eſt turpe non conſequi, dummodò ſequaris. *Id. l. 5. c. 5. de Beneſ.*

Non omnes ad bonum propoſitum easdem afferunt vires, easdem facultates, eandem fortunam: quæ optimorum quoqve conſiliorum duntaxat exitus temperat. *Id. l. 5. c. 2. de Beneſ.*

Curſor metam prior contigit; velocitate alium, non animo anteceſſit. *Id. l. 5. c. 3. de Beneſ.*

Omnibus bonis in rebus, conatus in laude, effectus in caſu eſt. *Apulejus.*

Parvo coronat munere ſe Deus
Plerumqve, ſi quæ paupere dat manu
Dives voluntas; dona magnis
Parva animo placuêre magno. *Sarb. l. 4. O. 17.*

Máły, á zły.

Parvæ quoq; res magnis motibus aguntur. *(Tacit.*

-- -- Minimas rerum diſcordia turbat:
Pacem ſumma tenent. -- -- -- *Lucan.*

-- -- Natura breves animis ingentibus auſis
Finxerat, immaniqvè oculos infecerat irâ. *Ovid.*

-- Ru-

-- Rubus, & ſentes tantummodò lædere natæ,
Spinaqvè, vindictâ cætera tuta ſuâ. *Ovi.*
Fremitus in brevibus ſæpè immanior. *Sen.*
Máłych złodźiejow wieſſáją, á wielkim nic. v. *Bąk &c.*
Sacrilegia minuta puniuntur, magna in triumphis feruntur. *Sen. ep.* 87.
Quædam commiſſa alij capite luerent, eadem, quia paludati fecêre, laudamus. *Id. ep.* 95.
Márnegom ſłowá nikomu nie rzekł.
Extat adhuc nemo ſaucius ore meo. *Ovid.*
-- A ſalibus ſuffuſis felle, refugi. *Idem.*
Non ego mordaci diſtrinxi carmine quenquam. *Idem.*
Márnotrawnik. v. *Hultay.* v. *Ni czći &c.*
Calculus huîc loculos, vel teſsera reddit inanes;
Ille autem pictis ludit patrimonia chartis. *Paling.*
Maſz mię powoli; wolnoć teraz.
Hîc tibi ſunt vires, hic tua dextra facit. *Ovid.*
Jus tibi, & arbitriũ noſtræ fortuna ſalutis
Tradidit; inq; tua, vitaqvè morsqvè manu. *Idem.*
Tu, me quo poſſis perdere, fulmen habes. *Idem.*

Miárą kocie, idzie o cię.

Moderatè id fieri debet à nobis, quod ſæpè faciendum eſt. *Sen. c.* 23. *ad Polyb.*

Diſcamus ſpes effrænatas & animum in futura eminentem, velut ſub vinculis detinere. *Id. ibid.*

Furor & ultimus mentium error eſt; cùm tam exiguum capias, cupere multùm. *Id. c.* 10. *ad Helv.*

Non quantùm vis, ſed quantùm capis, hauriendum eſt. *Idem.*

Aptari animus viribus debet. *Idem.*

Æquè peccat, quod excedit; atqve quod deficit. *Idem.*

Nulli parcendum eſt rei magis, quàm huic, cujus tam frequens uſus eſt. *Id. c.* 23. *ad Polyb.*

Anguſtanda certè ſunt patrimonia; ut minùs ad injurias fortunæ ſimus expoſiti. *Id. c.* 8. *de Tranqu.*

Tam diù rationem habebo, quàm diù modum. *Id. ibid. c.* 9.

Vitioſum eſt ubiqve, quod nimiũ eſt. *Id.*

Contracto meliùs parva cupidine
Vectigalia porriges. *Ines.*

Nutritur vento, vento reſtinguitur ignis:
Lenis alit flammam, grandior aura necat. *Ovid.*

Illud,

Illud, quod modicum eſt, atqve inter utrumqve, probamus. *Mart. l.1. epigr.57.*

Miárkuy ſię po ſobie. v. *Sám byś &c.* v. *Nie mowmy ſobie &c.*

In me, militiæ ſigna tuere tuæ. *Ovid.*

-- -- -- -- Tu ipſe reatus,
Quos facis ipſe, meos clementior excipe judex. *Neot.*

In ijsdem ſcopulis hæſiſti mecum, & eandem infami naufragio nobilitâſti Charybdem, qui modò ſiccus è littore fluctuantem rides. *Idem.*

Miedzy chłopámi klecha doktorem bywa w kárczmie.

Inter indoctos etiam Corydus ſonat. *ex paræm.*

Inter cæcos luſcus plurimùm videt, & monoculus Argum ſe eſſe reputat. *Nèót.*

Tytirus aut Melibæus, ruſtico paſtorum cœtui præpoſitus, coronam ſilveſtrem meretur. *Idem.*

Miedzy drzwi pálcá nie wtykay.

-- -- Necte civilibus inſere bellis. *Lucan.*

-- -- -- Moneo certare perîclis
Deſine, & armiſonæ caput objectare procellæ. *Sil. Ital,*

Ad Deorum lites & controverſias dirimendas non ſe ingerat Tyreſias, niſi excæcari velit. *Nèót.* *Nam hic ortam*

inter

inter Jovem & Venerem certam quæstionem, cùm assumpsisset decidendam, definivit in favorem Jovis, tandem à Venere oculis orbatus est.

Mieni się zá czásem wßytko. v. *Wßytko ná nice &c.*

Aspice quæ nunc sunt Capitolia, quæq; fuerunt,
Alterius dicas illa fuisse Jovis. *Ovid.*

Milczeniem gorzey pokarzeß, wßytkiego z będźieß.

Ultionis contumeliosissimum genus est: non esse visum dignum, ex quo peteretur ultio. *Sen. ep.* 10.

Genus ultionis est, eripere ei, qui facit, contumeliæ voluptatem, tacendo. *Id.*

Fraudandus animi impetus, ut, cum quo meditaris dissidiũ, vivas placidè. *Barcl.*

Parce queri, meliùs sic ulciscêre, tacendo. *Ovid.*

-- -- Poteris meliùs mala ferre silendo,
Et tacitus casus dissimulare tuos. *Id.*

Spreta exolescunt, si irascare, agnita videntur. *Tacit.*

-- -- Gravia quisquis vulnera
Patiente & æquo immotus animo pertulit,
Referre potuit. -- -- *Sen in Med.*

-- -- Ira quæ tegitur, nocet:
Professa perdunt odia vindictæ locũ. *Id. ib.*

Erit

Erit loquacis pulchra proterviæ
Vindicta: risisse, & sereno
Magnanimum tacuisse vultu. *Sarbiev.*
-- -- -- Tela calumniæ
Cautè retundis; si minùs æstimas. *Avanc.*

Milczkiem predzey ukąśi. v. *Cichá wodá &c.*

Secreto suo satiati reponunt odia; quorum ira quò obscurior, eò irrevocabilior. *Tacit.*

-- -- Flumina quæ strepunt,
Profunda non sunt: it tacito Padus
Gravis fluento; vixqvè ripas
Alloquitur taciturnus undâ. *Avanc.*

Gravissimum inimicitiæ genus est, corde esse adversarium, & linguâ simulare devotum. *Cassiodor.*

-- -- -- Graviora ripæ
Damna fert amnis, quoties silenti
Volvitur undâ. *Ines.*

Miłość nigdy nie státkuje.

Errat, & in nulla sede moratur amor. *Ovi.*

Et levis est, & habet geminas, quibus avolet, alas. *Idem.*

-- Levis est, multòq; suis ventosior alis;
Gaudiaq; ambiguâ datq; negatq; fide. *Idem.*

Młody, áleby stárego náuczył. v. *Przed láty &c.*

Ore puer, pueriq; habitu, sed corde sagaci
Æquabat senium, atq; astu superaverat annos. *Sil.*

 Sic,

Sic, quasi Pythagoræ, loqueris, successor, & hæres,
Præpendet mento nec tibi barba minor.
Mart. l. 9. ep. 47.

Młody ják młody, ále ſtáry &c.
-- -- -- -- Temeraria pubes
Delicta augebat, pollucior ipsa senectus.
Sil. Ital.

Młody, wiátr. v. Pędzi wiátr.
Ambigui per ætatis lubricum in recta animi. *Gramond.*
Est aliquid, quo cæca solet peccare juventus,
Ingenij vitio quam movet aura levis.
Maßen.
-- Teneris heu lubrica moribus ætas! *Sil. It.*

Mnie z uſt, jemu mimo uſzy ſzuſt. v. Groch ná ściánę &c.
Vana peto, precibusqvè meis obmurmurat ipse. *Ovid.*
Nîl juvat admonitu trepidam coalescere mentem. *Idem.*
-- -- Ventis & verba, & vela dedisti. *Id. ep. 2.*
-- Ingrato littore verba cadunt, *Propert. eleg. 9.*
Exciderant surdo tot mea vota Jovi. *Id.*
-- In ventos impendo vota, fretumqvè.
Lucán.
Ver:

Vera quidem moneo, ſed proſunt quid mihi vera? *Tibull.*

Odiſtiqvè chelin, ſurdâqvè averteris aure. *Stat. l. 2. Silv.*

-- -- Citiùs me tigris abactis
Fœtibus, orbatiqvè velint audire leones.
Idem ibid.

Sic ea verba tulit, tanquam non intelligentem prӕterlapſa. *Barcl.*

Lentӕ adversùs conſilia aures. *Idem.*

Mogłby go ná ranę położyć. v. *Cnotliwy.* v. *Bez żołci.*

-- -- Nec ſincerior alter habetur
Pectore, nec niveâ ſimplicitate prior.
Mart. l. 8. ep. 72.

Mojá rádá. v. *Hámuy śię.* v. *Eyże oſtrożnie.*

Inhӕreat iſtud animo, & tanquam oraculo miſſum placeat. *Sen.*

Accipite ergo, animis atqvè hӕc mea figite dicta. *Virgil.*

Hӕc tibi non hominem, ſed quercus crede Pelaſgas
Dicere. -- -- -- -- -- *Stat.*

Id tibi nè vacuo defluat ex animo. *Propert.*

Non levis in verbis eſt medicina meis. *Id.*

Quӕ tibi ſunt facienda, tamen cognoſce, nec Euris
Da mea, nec tepidis verba ferenda Notis. *Idem.*

Moy bracißku.

O mihi Theſeâ pectora juncta fide! *Ovid.*
-- -- Tu ægræ ſolatia mentis,
Magnaq; pars animi, conſilijq; mei. *Id.*
Teq; Menætiaden, te, qui comitat9 Oreſtẽ,
Te vocat Ægiden, Eurialumq; ſuũ. *Id.*
-- -- Sed ſunt tua pectora lacte,
Et non calcatâ candidiora nive. *Id.*
-- -- Tu nobis uſu junctiſſime longo. *Id.*
-- -- -- Nec te mihi carior alter. *Idem.*
Pars deſiderij maxima pænè mei. *Id.*
Da mihi (*ſi quid ea eſt*) hebetantem pectora Lethen,
Oblitus potero non tamen eſſe tui. *Id.*
O decus! ô requies! ô grata ſuperbia noſtri! *Claud.*

Mścić śię nie męska.

-- -- -- -- Quippe minuti
Semper & infirmi eſt animi, exiguiqvè voluptas,
Ultio. -- -- -- -- -- *Juven.*
-- -- -- -- Non eſſe virorum,
Qui Martem inſcribunt genti: non poſſe dolores
Condere, & ex pæna ſolatia poſcere luctûs. *Sil. Ital.*

Muchá uwiąznie á bąk &c. v. *Bąk &c.* v. *Jednemu ßydłá.*

-- Facilis cuivis modici cenſura cachinni. *Juvenal.*

In

In plerisq; fortuna plectitur, non culpa.
Auct.
Muru głową nie przebiyesz. v. *Głową &c.*
Relictis his, quæ aut non possunt fieri, aut difficulter possunt: propè posita, speiqvè nostræ alludentia amplectamur.
Sen. c. 9. de Tranqu.
-- -- Tristibus abstine
Frontem involvere nubibus, aut pugnare Deo.
Avanc.

N.

NA dwojem sobie odważył. v. *Lub zysk.*
Aut versare dolos, aut certè occumbere morti. *Virg. 2. Æn.*
-- Hàc aggredere, quà nemo potest
Quidquam timere: perge, nunc aude, incipe
Quidquid potes Medea, & quidquid non potes. *Sen. in Med.*
-- -- -- Sors ultima rerum
In dubios casus, & prona pericula mortis
Præcipitare solet. - - - *Lucan. l. 5. Pharf.*
Aut mihi continget felix audacia salvæ,
Aut mihi solliciti finis amoris erit.
Ovid. ep. 5.
Quò fert ira, sequar. -- -- -- *Idem.*
Nec nõ & Decio propiora pericula mentẽ
Flammabant. -- -- -- -- -- *Sil. Ital. l. 4.*

Ná fráſunek, dobry trunek. v. *Dobry trunek &c.*
- - Vinoq; levant curasq; ſitimqvè. *Ovi-* 12. *Met.*
Cura fugit, multo diluiturq; mero. *Ovid.*
Curas edaces diſſipat Evius. *Horat.*
Ná kogo przymowká &c. v. *Inſzych náuczacie.* v. *Nie mowmy &c.*
Nihil alienæ luxuriæ ignoſcit, qui ſuæ nihil negavit. *Sen. l. 2. c. 28. de Ira.*
Nobis maligni judices, æqui ſibi. *Idem in Agam.*
-- -- -- Caſtigas turpia, cùm ſis
Inter Socraticos notiſſima foſſa cinædos. *Juvenal.*
Forſitan vitium, de quo quereris; ſi te diligenter excuſſeris, in ſinu invenies. *Sen. l. 7. c. 28. de Ben.*
Ingentia locuti, & altè ſublato ſupercilio, in eadem, quæ cæteri, deſcenditis. *Id. c. 3. de Conſt. Sap.*
Pleriq; Philoſophorum tales ſunt; ut ſint diſerti in convicium ſuum; quos ſi audias in avaritiam, in libidinem, in ambitionem perorantes, profeſſionis indicium putes: adeò redundant in ipſos maledicta, in publicũ miſſa. *Sen. in Exh.*
Cùm fueris cenſor, primum te crimine purga. *Oven.*
Clodius accuſat mæchos, Catilina Cethegũ. *Juvenal.*

Ná końcu dogániáć. (*Ovid.*
Quæ fugiunt, celeri carpite poma manu.
In fine motus velocior.
Ná pochyłe drzewo y kozy ſkaczą. v. *Ná ubogiego &c.* (*Ovid.*
Et minimæ vires frangere quaſſa valent.
Quamlibet ignavi, præcipitata ferunt. *Id.*
Partes in proclinatas omne recumbit onꝰ. *Idem.*
Infelicibus, omnes inimicos, & quidem potentes eſſe. *Barcl.*
Feſſis fortunæ languore, potentia linguæ,
Criminibusq́; furor regnat. -- -- *Idem.*
In clade miſerorum, non alia, quàm dejectæ fortunæ, & proſtratæ felicitatis culpa intervenit. *Auct.*
Ná ſchyłku naylepſze.
Quod in ſe jucundiſſimum omnis voluptas habet, in finem differt. *Sen. ep.* 12.
Gratiſſima ſunt poma, cùm fugiunt. *Id. ib.*
Ná ſwoje złe uczy. v. *Rozgę ná ſię &c.* v. *Sam ſobie &c.*
-- Damnoſasq́; ſibi, erudit artes. *Ovid.*
-- -- Nec enim lex æquior ulla,
Quàm necis artifices, arte perire ſuâ. *Id.*
-- Cupiuntq́; ſuum reperire perîclū. *Stat.*
Ná ſczęśćie lepiey. v. *Lepiey ná ſczęśćie.*
Nunquam expectare nos certiſſimam rerum comprehenſionem; quoniam in

arduo eſt veri exploratio, ſed eà ire, quà ducit veri ſimilitudo. *Sen. l. 4. c. 33. de Benef.*

Ad ea accedimus, de quibus benè ſperare nos credimus. *Id. ibid.*

Caſus agit virtutis opus. -- -- -- *Ovid.*

Quàq; ferent auræ, vela ſecunda dato. *Id.*

Quòq; vocant fluctus, hàc tibi rem9 eat. *Id.*

Sæpè temeritas & fortuna feliciùs judicant de eventu rerum, quàm inter momenta prudentiæ incerta laboransqvè felicitas. *Barcl.*

Ná ubogiego wſzedy kápie. v. *Ná pochyłe drzewo &c.*

-- Et tantùm miſeris iraſci Numina nôrunt. *Ovid.*

In plerisq; fortuna punitur, nō ſcel9. *Barcl.*

Fortunæ iſta tela ſuut, non culpæ. *Idem.*

Inundat, etiam inſontes, quia miſeros invidioſa calamitas. *Idem.*

In clade miſerorum non alia, quàm fatorum culpa intervenit. *Idem.*

Ná wytrwáną. v. *Do zwyczáju to.* v. *Zwyczay &c.*

In dolore, pro remedio futuram obſtinationem animi; qui levius facit ſibi, quidquid contumaciter paſſus eſt. *Sen. ep. 94.*

Dolor levis eſt, ſi ferre poſſum; brevis eſt, ſi ferre non poſſum. *Id. ibid.*

-- -- -- -- Frigora Sole,
Sole vigēt umbræ, grata fit unda ſiti. *Ovi.*

Vires pepulit, pondusq; mali; caſus animo qui tulit æquo. *Sen. in Troad.*

Ná złość, ná przekory. v. Strzyżono &c.

Nád lichotą śię páſtwić, wſtyd.

Pudet congredi cum hoſte, vinci parato. *Sen. c. 3. de Provid.*

Pigra reluctanti ceſſat in hoſte manꝰ. *Ovi.*

-- -- -- -- Si decidat hoſtis,
Ire ſuper, ſatis eſt, vitamq; relinquere victo. *Stat.*

Injuriam judicat gladiator, cum inferiore componi, & ſcit eum ſine gloria vinci, qui ſine periculo vincitur. *Sen. c. 3. de Providentia.*

Crede mihi, miſeris cœleſtia Numina parcunt,
Nec ſemper læſos. & ſinè fine premūt. *Ovid.*

-- -- -- Nullum memorabile nomen
Fœminea in pugna eſt, nec habet victoria laudem. *Virg. 2. Æn.*

Nemo homini contempto pertinaciter, nemo diligenter nocet: etiam in acie jacens præteritur, cum ſtante pugnatur. *Sen. c. 3. de Provid.*

Quem quis contemnit, non calcat sinè dubio, sed transit. *Id. ibid.*

-- -- -- -- Ignoscere, pulchrum est,
Jam misero, pœnæq; genus, vidisse precantem. *Claud.*
Est, vinci miserum, nunquam vicisse decorum. *Idem.*

-- -- -- Non timor vincit virum,
Sed trepida pietas. -- -- -- *Sen. in Med.*

Nád spodźiewánie. v. *Ani się spodźiejesz.* v. *Wszytko ná nice.*

Fatum suum pervenisse ante sciunt miseri, quàm appropinquâsset. *Sen. ep.* 15.

In subitas tempestates, hibernisq; majores, agitur æstiva tranquillitas. *Id. ep.* 91

Inter placidissima terror existit, nihilqvè extrà tumultuantibus causis, mala, unde minimè sperabantur, erumpũt. *Id. ib.*

Invidia securos disjecit, procellæ more, quæ in ipsa sereni fiducia solet emergere. *Id. ep.* 74.

Rarum est, felix, idemq; senex. *Sen. in Herc. (Oet.*

Quos felices Cynthia vidit,
Vidit miseros abitura dies. *Id. ibid.*

Nemo tam divos habuit faventes;
Crastinum ut possit sibi polliceri. *Id. in Thyeste.*

Puncto sæpè temporis maximarum rerum momenta verti. *Barcl.*

Casibus

Casibus longum dedit ille tempus,
Qui diem regnis satis eruendis
Dixit. -- -- -- *Sarbiev. l.2. O.7.*
-- -- -- Inquieta
Urbium currunt hominumqvè fata;
Totqvè vix horis jacuêre, surgunt
Regna, quot annis. *Id. ibid.*

Nádźieją myli, nie utuczy.

-- -- -- -- Spes anxia mentem
Extrahit, & longo consumit gaudia voto.
Stat. l. 1. Theb.
-- -- -- Nos vilis turba caducis
Deservire bonis, semperq́; optare parati,
Spargimur in casus. -- -- -- -- *Idem.*
Spes incerti boni nomen est. *Sen. ep.* 13.
-- Non gravior mortalibus addita cura,
Spes ubi longa venit. - - - *Stat. l. 2. Theb.*
Credita non semper sulci cum fœnore reddunt. *Ovid.*
-- Primis segetes moriuntur in herbis. *Id.*
Nũ semper dubias adjuvat aura rates. *Id.*
Vidi ego odorati victura rosaria Pæsti
Sub matutino cocta jacere Noto. *Prop.*
-- -- -- Inani
Spes tumidæ crepuêre vento. *Sarb. l. 4. (O. 57.*

Nádźieją ulgę czyni, ożywia.

Carcere dicuntur clausi sperare salutem.
Ovid.

Hæc

Hæc facit, ut vivat foſſor quoqve compede vinctus,
Liberaq; à ferro crura futura putet. *Id.*
Nápiſáć by to w kominie. v. *Prawdá to &c.*
Prodigioſa fides, & Thuſcis digna libellis. *Juvenal.*
Monſtris hoc monſtrum miratus jam ſuper addo
Piſcibus inſuetis, & fœtæ comparo mulæ. *Idem.*
Náturá wilká do láſá. v. *Wilká náturá &c.*
Quæ canit altis garrula ramis
Ales, caveæ clauditur antro;
Huic licet illita pocula melle,
Largasqvè dapes dulci ſtudio
Ludens hominum cura miniſtret:
Si tamen arcto ſaliens tecto
Nemorum gratas viderit umbras,
Sparſas pedibus proterit eſcas;
Silvas tantùm mœſta requirit,
Silvas dulci voce ſuſurrat. *Boët.l.3.m.2*
Náwárzył ſobie piwá. v. *Sám ſobie winien.* v. *Rozgę ná ſię &c.*
Nemo niſi vitio ſuo miſer eſt. *Sen. ep.70.*
Utq; dedit juſtas tauri fabricator aheni,
Sic ego do pœnas artibꝰ ipſe meis. *Ovi.*
Quid enim boni eſt, nodos operosè ſolvere; quos ipſe, ut ſolveres, feceris? *Sen. l. 5. c. 12. de Benef.*

Neutra-

Neutralistá.

- - Neutro sociari fœdere malit. *Sil. Ital.*
- - Neutrumq; & utrumq; videtur. *Stat.*

Ni czci, ni wiáry. v. *Hultay wierutny.* v. *Zły &c.*

Veluti frænis exsoluti proruperunt. *Tacit.*

Atrox ingeniũ, cunctis immanius hydris;
Tygride mobilius fœtâ; violentius Austris;
Acrius Harpijs, refluis incertius undis.
Claud. in Ruf. l. 1.

Nihil eò infelicius est; cui jam malo esse, necesse est. *Sen. l. 1. c. 13. de Clem.*

Certant in omne facinus, & pensi nihil
Ducunt, ubi illos culpa præcipites agat:
Nefasqvè nullum, per nefas nati, putant.
Sen. in Theb.

-- -- -- Perijt jus, fasqvè, bonumqvè
Et vitæ mortisq; pudor. - - *Stat. l. 2. Theb.*

-- -- Furijs mens effera, nè quid inausum
Aut intentatum, scelerisvé, dolivé fuisset. *Virg. 8. Æn.*

Ni śmierdźi, ni páchnie. v. *Ani ty be &c.*

Medium illi ingenium erat, & magis extra vitia, quàm cum virtutibus. *Tacit. l. 1. histor. de Galba.*

Nihil turpius esse dubio, incerto, ac timido; pedem modò referente, modò producente. *Seneca.*

Non

Non Rhetor, non Grammaticus, ludivé magiſter,
Non Cynicus, non tu Stoicus eſſe potes. *Mart. l. 7. ep. 64.*
Fiẞe Prometheo diceris eſſe luto. *Id. l. 10. ep. 39.*
Difficilis, facilis, jucundus, acerbus, & idem. *Id. l. 12. ep. 46.*
Nic to; poprawi ſię on; wyidźie z ſwego. v. Wyidę ja &c.
-- -- At non audaci ceſſit fiducia Turno. *Virg. 9. Æn.*
Haud excuſſa novi virtus terrore perîcli. *Sil. Ital.*
Scilicet & victus repetit gladiator arenã,
Et redit in tumidas naufraga puppis aquas. *Ovid.*
Quamlibet exigua (*ſi nos ea juverit*) aura,
Obruta de medijs cymba reſurget aquis. *Idem.*
Quidquid adeſt duri, & rerum inclinata feremus. *Sil. Ital.*
Rerum ſub alto pondere, rectior,
Majorq; ſtabis. -- -- -- *Sarb. l. 4. O. 38.*
Nic u mnie zbronnego nie máß dla ćiebie.
-- -- -- Nè tempora perde precando;
Quod petis, omne feres. -- -- -- *Ovid.*
-- -- -- Si quid fert impetus, opta;
Omne feres. -- -- -- -- -- *Idem.*
Què-

Quoqvè minùs dubites, quod vis, pete munus, & illud
Me tribuente, feres. -- -- -- -- *Stat.*
Niczym mi nie záprußyß oká. v. *Oká &c.*
-- -- -- Satìs inclyta nomen
Geſtat fama meum. -- -- -- -- *Sil. Ital.*
Non ita contempſi volucris præconia famæ;
Ut terras probris impleat illa meis. *Ovi.*
Nigdyć tego nie odſłużę, nie zápomnię. v. *Wdźięczen ći tego &c.* (quam
Eſſe ſatìs potero, præſtem licèt omnia, nun-
Gratus. -- -- -- -- -- *Sil. Ital.*
Da mihi (*ſi quid ea eſt*) hebetantem pectora Lethen,
Oblitus potero non tamen eſſe tui.
Ovid. 4. de Ponto.
Exceſſitq; fidẽ meritorũ ſumma tuorũ. *Id.*
Hæc mihi ſemper erunt imis infixa medullis,
Perpetuoq; animi debitor hujo ero. *Id.*
Et benè apud memores veteris ſtat gratia facti. *Virgil. 4. Æn.*
Semper inoblitâ repetam tua munera mente. *Ovid. 4. de Ponto.*
A meritis, vitæ pars mihi nulla vacat;
Quæ numero tot ſunt, quot in horto fertilis arvi,
Punica ſub lento cortice grana rubent:

Quot Scyros baccas, quot parit Hybla favos. *Idem.*
Nikomu dobremu tego nie zyczę. v. Nie zyczyłbym nieprzyiaćielowi &c.
Eveniat noſtris hoſtibus iſte pudor. *Ovid.*
Hoſtibus eveniat tam fœdi cauſa pudoris. *Idem.*
Inq; nurus Parthas dedecus iſtud eat. *Id.*
Niebeſpieczna to. v, Wielkiego ſię ważyſz. v. Ani ſię ſpodz:
Talibus admiſſis alea grandis ineſt. *Ovi.*
-- -- -- Si quis creditur alto,
Vix tenuit laceræ naufraga membra ratis. *Idem.*
-- -- -- Incedis per ignes
Suppoſitos cineri doloſo. *Horat.*
Periculoſæ plenum opus aleæ tractat, quicunqve provocanti & in ambiguo eventûs pendenti fortunæ colluſit. *Auct.*
Multos fefellit ſerenitas & tranquillitas maris, qui in medium Pelagi audacter proceſſerunt, ubi ventorum tumultu obſeſſi, & portu & vitâ excluſi periêrunt. *Idem.*
Nie będźie ćię to zdobić. v. Swięconą wodą. &c.
-- -- -- -- -- Fama
Decolor, & factis inficianda tuis. *Ovid.*
-- -- -- -- Gloria talis
Ingenuos docuit tædia ferre ſui. *Id.*
Ema-

Emaculandum ſcelus diuturno ſtudio, in quod felix videtur ſibi audacia irruere. *Auct.*

Diù hæſerunt peſſimi characteres pudoris in vultu reorum; quos facilis impudentia in effronte ſcribit. *Idem.*

Quid facis Æacide? non ſunt tua munera lanæ;

Tu alios titulos Palladis arte quæras.

Nie będźieſz tego żáłowáć. (*Ovid.*

Nec Trojam Auſonios gremio excepiſſe pigebit. *Virg.*

Quas dederis, ſolas ſemper habebis opes. *Ovid.*

Plura erogaviſſe, plurima corrogare vidimus. *Auct.*

Benè in alios impenſa officia optimo fœnore provenerunt. *Idem.*

Lucroſum eſt impendij genus; quod ingenti mercede plerumqve redemit gratitudo. *Idem.*

Auſpicatiſſimum ſolet eſſe laborum conamen, quod lauream & coronas poſt faſtigia reportavit. *Idem.*

Nie biy, á nie głaſcz. v. *Nie głaſcz &c.*

Minùs crimine, quàm abſolutione peccatum eſt. *Sen. l. 5. de Benef.*

-- -- -- -. -- Horrent

Admotas vulnera cruda manus. *Ovid.*

Multa beneficia triſtem & aſperam frontem habent, quemadmodùm ſecare, & urere, ut ſanes: & vinculis coërcere. *Sen. l. 5. c. 20. de Benef.*

Non proſit potiùs, ſi quid obeſſe poteſt. *Ovid.*

Tantum nè noceas, dum vis prodeſſe, memento. *Idem.*

Ipſa adjumenta & medicamenta, tormenta ſunt; ut homines à pœnarum exitio, pœnali eruantur auxilio. *S. Aug. l. 22. c. 22. de Civitate DEI.*

Si plus læſit, quàm anteà profuerat, non tantùm gratia extinguitur, ſed ulciſcendi querendiq; libertas relinquitur, ubi in comparatione beneficij præponderavit injuria. *Sen. l. 6. c. 4. de Benef.*

Nie bywáło tego przed tym.

-- -- Non ita Romuli
Præſcriptum & intonſi Catonis
Auſpicijs, veterumqvè normâ. *Ines.*
Non his Quirites orta parentibus
Infecit æquor ſanguine Punicum
Pubes. -- -- -- -- *Horat.*

Novelli iſti vivendi canones, veterem virtutis evertunt regulam. *Auct.*

Diſplicuit ſemper conditori Lycurgo, quoties molliorem quæſivit artem vitæ ſparta, ubi meliorem invenire voluit. *Idem.*

Niech ći Bog wſzytko dobre dáje! v. *Bożeć day &c.*

Digne Midæ, Crœſiqvè bonis, & Perſide gazâ. *Stat. l. 1. Silv.*

--- -- -- Cujus ſtaguantia rura
Debuit in flavis Hermus tranſcurrere ri- (pis,
Et limo ſplendere Tagus. -- -- *Id. ibid.*

Niech ćię Bog ſkarze. v. *Boday ćię &c.*

Dîj tibi dent nullosqvè lares, inopemq; ſenectam,
Et longas hyemes, perpetuamq; ſitim! *Ovid.*

Dignus es, qui ad Gemonias deputêre ſcalas, & ad in hoſpitalem damnêre Seryphon. *Auct.*

Præmium ſunto morum tuorum breves Gyaræ, vel Tauricanæ ſis victima aræ. *Id.*

Nie chcę, tylko day.

Hic quoqve, quem poſſis credere nolle, volet. *Ovid.*

Specie recuſantis flagrantiſſimè cupiebat. *Tacit.*

Quidam in profundum deſideriorum lapſi, more natantium in ſe ipſis fluctuant, maximè amplexantur aquas, dum eas evadere volunt. *Auct.*

-- Stimulatq; Agamemno volentes. *Virg.*

-- -- -- Cogisqvè volentem. *Sil. Ital.*

Nie dobrodźiey z niego. v. *Aż mu ſtrách &c.*

Acres eſſe viros, cum dura prælia gente. *Virg.*

Durum à ſtirpe genus. -- -- -- *Id.*

-- -- -- Tanto fervore ruebat

In pugnam atqve acies, ut natum ad ſola liqueret

Bella. -- -- -- -- *Sil. Ital. l.* 15.

Acer & indomitus, quò ſpes, quò ira vocâſſet. *Luc. l.* 9.

Pentheſilea furens medijs in millibus ardet. *Virg.* 2. *Æn.*

Nie do kordá &c.

At trahere atqve moras tantis licet addere rebus. *Virg.* 7. *Æn.*

-- -- -- Non arma ferocem,

Non vis ulla juvat. -- -- -- -- *Idem.*

Domare ſe ipſum debet, qui domari poteſt. *Auct.*

Optimè à ſe ipſis compreſſi furores ſidunt, qui aliundè malè reprimi conſueverunt. *Idem.*

Nie do śmiechu mi teraz.

Non facit ad lachrymas Carbytos ulla me(as. *Ovid.*

Plectra dolore tacent, muta dolore lyra. *Idem.*

Non eſt conveniens luctibꝰ iſte color. *Id.*

Diſtillare per riſum lachrymas, riſu lætitia digna. *Auct.*

Sere-

Serenare animum procellâ doloris tenebratum, ita brevis amœnitas eſt, ſicuti dum ſoli ex craſſo nubium atrore per intervalla radium proferre datur. *Id.*

Cuncta lætitia, ridens dolor eſt. *Idem.*

Nie dudek Jákubek.

-- -- Deſine verba potentia quondam
Perdere, non ego ſum ſtultus, ut antè
fui. *Ovid.*

Tuqvè dolos pænè, atqve aſtus jam exue
notos. *Sil. It.*

Nie dudkuy mu. v. *Czapká zá biret.*

Tu neqve ſubjectus ſolitò, neqve blandior eſto. *Ovid.*

Excordes ſubmiſſio juvit. *Auct.*

Proſtrati animi eſt, ad minacis ſupercilij torvitatem cadere. *Idem.*

Nie fraſuy ſobie Matyáſzu głowy &c.

Nihil miſerabilius dubitatione futurorum, quorſum eveniant. *Sen. ep.* 101,

Prudens futuri temporis arbiter
Caliginosâ nocte premit Deus,
Quidquid &c. -- -- *Horat. l. 3. Odar.*

-- -- Quid æternis minorem
Conſilijs animum fatigas? *Idem ibid.*

-- -- Quid craſtina volueret ætas,
Scire nefas homini. -- -- *Stat. l. 3. Theb.*

Volvitur tempus ratâ quidem lege, ſed per obſcurum. *Sen. ep.* 101.

Nemo rupit fati necessitatē consilio. *Barcl.*
Nie galánt z niego, ále &c.
.- -- Nullum est in crinibus aurum;
Non Arabum fortis dona capillus olet.
Ovid.
Te tuus iste rigor, positi sinè lege capilli,
Et levis egregio pulvis in ore decet. *Id.*
His decor est formæ species permixta virili. *Stat. l. 2. Theb.*
Forma placet niveusqvè color, flaviqvè capilli,
Quiqvè aderat, nulla factus ab arte decor. *Ovid. 2. Fast.*
Nie gębą wojowáć. v. *Gębá go tylko.*
v. *Nie káżdy kąsa &c.*
Hunc ritè facundum putabo;
Qui, quod ait, probat ense miles. *Ines.*
Est enim oratio etiam timidissimis audax. *Sen. ep. 22.*
Ridicula est victoria, quæ solo verborū comparatur prælio. *Auct.*
Inermes iræ, & nihil debellaturæ, nullam meruerunt lauream, quam verbosæ nunquam tulerunt rixæ. *Id.*
Audax & fortis molossus simul hostem prospexit leonem, illicò cervici ejus impressit ferociter dentem; imbelles catelli pro victoria habuerunt, à longè latravisse. *Idem.*
Nie

Nie głaſcz, á nie biy. v. Nie biy &c.

Piget ſanari, ubi plus laboratur medicinâ, quàm morbo. *Sen. l. 6. c. 26. de Ben.*

Nequitia eſt; ut extrahas, mergere; evertere, ut ſuſcites; ut emittas, includere. *Id. ibid.*

Non vulneres me malo, quàm ſanes: potes inire gratiam, ſi, quia vulneratus ſum, ſanas: contrà; ſi vulneras, ut ſanandus ſim. *Idem ibid.*

Interdum meliùs eſt ægrotare, quàm crudeliter ſanari. *Barcl.*

Malo vulnera tegi, quàm in periculum medicinæ venire. *Idem.*

Morbo ſævior diſciplina valetudinis deſiderium tollit. *Idem.*

Nie jedná nas Mátká porodźiłá.

Fluminibus ſalices, craſſisq; paludib9 alni
Naſcuntur, ſolidæ ſaxoſis montibus orni,
Littora mirthetis lætiſſima; deniqve apertos
Bacchus amat colles, Aquilonem & frigora taxi. *Virg. 2. Georg.*

Nunquam in uno collegio omnes virtùtes inventæ. *Auct.*

Omnes eisdem fingimur artubus,
Et non eisdem fungimur artibus. *Id.*

In unum commune genitos diverſa amplexari ſtudia. *Idem.*

Nie jednemu się tego záchce. v. *Przykład zły &c.*

Plures in hæc vota venturos video. *Barcl.*

Provitat multorum desideria, si uni feliciter cedat, etiam infelix audacia. *Auct.*

In consortium meriti, imò & culpæ effusio ituros passu; si viam antecessor signet. *Idem.*

Nie káżdemu jednáko Pan Bog dał. v. *Jeden to. &c.* (habenis,

Curribus Automedon lentisq; erat aptus
Typhis in Æmonia puppe magister erat. *Ovid.*

-- Ferunt geminos uno de semine fratres
Japetionidas, generis primordia nostri
Dissimili finxisse manu. Quoscunqve Prometheûs (mo,
Excoluit, multumq; innexuit æthera li-
Hi longè ventura notant, dubijsq; parati
Casibus occurrunt, fabro meliore politi.
Deteriore luto pravus quos edidit auctor,
Quem meritò Graîj perhibent Epimethea vates, (ris;
Et nihil ætherei sparsit per membra vigo-
Hi pecudum ritu non impudentia vitant;
Nec res antè vident, acceptâ clade queruntur,
Et serò transacta gemunt. -- -- *Claud. in Eutrop. l. 2.*

Ex inertibus elementis languidæ connectuntur indoles; ut efficiatur vir, cum magna cura dicendus, fortiore fato opus est. *Auct.*

Nie káždy kąſa, co wąſami trząſa. v. *Nie do kordá &c.* v. *Serdyt &c.*

Ignaviſſimus quiſqve & *(ut res docuit)* in periculo non auſurus, nimij verbis, linguis feroces. *Tacit. l.* 1. *hiſtor.*

Quibuſdam canibus innatum eſt, ut non pro feritate, ſed pro conſuetudine latrent. *Sen. ep.* 112.

-- -- Timidi, fruſtràq; ſonantia laxant
Ora canes, umbramqvè petunt, & nubila latrant. *Stat. l.* 1. *Theb.*

Nihil eſt iracundiâ in ſupervacuum tumultuante, frigidius. *Sen. l.*2.*c.*12.*de Ira.*

Eſt enim oratio etiam timidiſſimis audax. *Id. ep.* 22.

Non eſt, quod credas iraſcentium verbis, quorum ſtrepitus magni, minaces ſunt, intùs mens pavidiſſima. *Id. l.*1.*c.*16.*de Ira.*

Qui minas jactat, & arrogantiam oſtentat, mancus ſæpè fuit. *Auct.*

Nervoſi in dicto, enerves in facto. *Id.*

Dicaciſſimus quiſqve, valentiùs ajunt, quàm agunt. *Idem.*

Nie káždy Pan, co mu mowią: Mośći.

Ex patrocinio famæ, & vulgi æſtimatione

 cele-

celebres, frequenter in vero virtutis pondere desciviſſe. *Auct.*
Humilem apud ſe ipſos famæ publicæ fecerunt deprecationem; quibus ſolennem vulgus præſtitit apprecationem. *Idem.*
Apricatos in publico gloriæ theatro, in obſcurum ſuæ utilitatis abſtruſos angulum latuiſſe compertum eſt. *Idem.*
Nie kijem, ale pałką.
Æquali fato miſeri perijſſe videntur,
Seu mare quos hauſit, ſeu flumina parva rotârunt. *Auct.*
Sive exitiali beneficio, ſive benefico exitio jugulari in promiſcuo periculorum cenſetur. *Idem.*
Præcipiti, ſive lento ſublati veneno, æqualem mortis ſubiverunt neceſſitatem. *Idem.*
Nie leż w ogień, nie zgoreſz. v. *Otoż maſz.*
Fervida vicino flamma vapore nocet. *Ovi.*
Maxime intutum eſt, provocatæ fortunæ caput obijcere. *Barcl.*
Inter laqueos ambulabit, qui voluit capi. *Auct.*
Aduri deſtinavit, quiſquis igni nimiùm vicinus ſtetit. *Idem.*
N*ie máſz czym brząknąć.*
Vix uni mens digna viro. -- -- *Sil. Ital.*
-- Te-

-- -- -- Temeraria pubes:
Delicta augebat pollutior ipsa senectus. *Id.*

In conjurato pessimorum contubernio, nec uni licet esse bono. *Auct.*

Æquissima lex est inter iniquos, neminem excellere. *Idem.*

Nie masz mi czym oká záprusżyć. v. *Oká mi &c.*

Nie máß nic nie podobnego. v. *Bog wßytko &c.*

Quidquid superi voluêre, peractum est. *Lucan.*

Immensa est, finemqvè potentia cœli
Non habet. -- -- -- *Ovid.*
-- -- -- Nos anxius omnia cogit,
Quæ possunt fieri, facta putare timor. *Id.*

Nie máß nic ták złego, coby się w dobre nie obróciło.

Optimum ex contrario nituit. *Sen. ep.* 120.

Nec illa quidem, quæ videntur confusa & incerta, pluvias dico nubesqvè, & elisorum fulminum jactus, & incendia ruptis montium verticibus effusa, tremores labantis soli, & alia, quæ tumultuosa pars rerum circa terras movet, sine ratione, quamvis subita sint, accidunt. *Id. l.* 1. *de Provid.*

Felicitatis causa & initium fuit, quod calamitas vocabatur. *Id. ep.* 100.

Cœlum ipsum nulla serenitas tam collata purgat, ut non alicuj9 nubeculæ flocculo

culo resignetur. Major boni portio modico malo ad æstimationem sui utitur. *Tertull. l. 1. ad Nat. c. 5.*

Nie mięßay się z dworem &c. v. *Ostrożnie &c.*

-. -- Quantumq; potes, prælustria vita;
Semper prælustri fulmen ab arce venit.
Martial.

Vive, & amicitias nimiùm splendore potentes
Effuge. -- -- -- -- -- *Idem.*

Arborum fissuræ, quas ictu sonanti distendit agricola, non nisi fracto, & expulso cuneo, redeunt. *Barcl.*

Furiosa magnatum odia clientûm sanguïne placantur,, qui controversias accenderunt. *Auct.*

Inæqualis magnatum amicus, impendiosè est servus. *Idem.*

Cœlestis ira, quos premit, miseros facit. *Sen. in Æd.*

Nie moja rzecz &c. v. *Ostrożnie &c.* v. *Nie mięßay się &c.*

Cõtra majores quis ferat armaDeos? *Tibull.*

Haud me numinibus furiosus confero tantis. *Ovid.*

Cum tanto vereor committere Numine pugnam. *Idem.*

Nie mow hup, aż przeskoczyß.

Sæpiùs incautæ nocuit victoria turbæ. *Claud. de 4. Cons. Hon.*

An

An quiſquam in medijs perſolvit vota procellis;
Cùm ſæpè in portu fracta carina natet? *Propert.*

Nîl factum credas, dum quid ſupereſſet agendum. *Juvenal.*

Dum poteris vinci, non debes dicere vici. *Auct.*

Sæpè immatura gaudia aditum hoſtibus præbuiſſe ad nocendum. *Barcl.*

Vel ſemivictus proſtratusq; hoſtis ſæpè victoris calcaneum inſolenter geſtientis momordit. *Auct.*

Multi ante certamen victoriam cecinêre ſuperbi, qui utplurimùm in conflictûs limine indecorè terga vertêre. *Id.*

Nie mowmy ſobie: żábo. v. *Kocieł &c.* v. *Ná kogo &c.* v. *Inſzych naucz.*

Scimus, & hanc veniam petimusquè damusquè viciſſim. *Horat.*

Det ille veniam facilè, cui veniâ eſt op9. *Sen. in Agam.*

De eo, quod agimus, de eodem nobiſcum agitur. *Id. l. 6. c. 5. de Benef.*

Hæc mala ſunt, ſed tu non meliora facis. *Mart. l. 2. ep. 7.*

Quotusquiſque accuſator vacat culpis? & neſcio an nemo difficilior ſit ad dandam veniam, quàm qui illam petere

tere ſæpiùs meruit. *Sen. l.* 1. *c.* 5. *de Clem.*

Iniquè publico iraſceris crimini, ſtultè tuo; ut abſolvaris, ignoſce. *Id. l.* 7. *c.* 28. *de Benef.*

Non eo loco res humanæ ſunt; etiamſi ſtatum veſtrum parum nôſtis, ut vobis tantùm otij ſuperſit; ut in probra meliorum agitare vacet. *Id. c.* 27. *de vita beata.*

Sublato altè ſupercilio in eadem quæ cæteri deſcendimus. *Id. ibid.*

Hoc omnibus hæret, quod omnibus diſplicet. *Auct.*

Nobis maligni judices, æqui ſibi,
Id eſſe regni maximum pignus putant:
Si quidquid alijs non licet, ſolis licet.
Sen. in Agam.

Nie może ſobie rády dáć. v. *Ani mię tam &c.* v. *Nie umie &c.*

Nie obiecány kąsek chlebá y z gęby wypádnie.

Id quoqve, quod tenetur, per manꝰ exit. *Sen. ep.* 101.

Aliâ felicitate ad tuendam felicitatem opus eſt, & pro ipſis, quæ ſucceſſerunt, votis, vota facienda. *Id. c.* 17. *de brevitate vitæ humanæ.*

Munus, dum properat cernere, perdidit. *Sen. Herc. fur.* (*ſcilicet Orpheus*, *jam habens*

habens eductam ab inferis uxorem, quia citiùs, quàm jussus erat, aspexit, amisit.)
Nie odbity to ſtych, już ſię to nie odmieni.
v. *Stych to &c.* v. *Bog ták &c.*
Venit summa dies & ineluctabile tempus. *Virgil.*
-- -- -- -- -- Deorum
-- -- -- -- Nulli mutabile fatum. *Stat.*
Leges fatorum in adamante scriptæ sunt, quas deterere, multò plus frangere nulli unquam concessum. *Auct.*
Metas suas tempora habent, ad quas delati, vel stare, fato retinente, cogimur; vel ultrà, impellente, progredi. *Id.*
Nie pátrzyć to z oczu: nie podobnyś ty do tego.
Quòd benè te jactes, & fortia verba loquaris,
A verbis facies dissidet ista tuis. *Ovi.*
Non facit ad mores feritas inamabilis istos. *Idem.*
Non facit ad mores tam bona forma malos. *Idem.*
-- -- -- Non is vultus in illo,
Non ea nobilitas animo est, ea gratia formæ
Ut timeam fraudem, meritiqvè oblivia nostri. *Idem Met.*
Nie podobna to. v. *Prawdá to &c.*
Non possunt ullis ista coire modis. *Ovid.*
Pro-

Prodigiosa sonas veterum mendacia vatum. *Ovid.*
Impossibile est, tam lævigatum iter sine causa terere. *Barcl.*
Excedit narratio fidem. *Auct.*
Credere difficile, quod narratur facilè. *Id.*
Nulla hyperbole meretur fidem. *Idem.*
Nie podyimuy śię ſzaſzku legawego polá.
Ad dubios pauci præsumpto robore casq
Spemqvè metumqvè ferunt. -- -- *Lucan.*
-- -- Et tu metire, quod audes. *Idem.*
Furor, & ultimus mentium error est, cùm tam exiguum capias, cupere multum. *Sen. c. 10. ad Helv.*
Nie pomoże wronie kąpánie, á krukowi mydło. v. Kowal &c.
- - Curâ natura potentior omni. *Juven.*
Naturam expellas furcâ, tamen usqve redibit. *Idem.*
Desinit esse remedio locus, ubi jam mores sunt, quæ vitia fuerunt. *Barcl.*
-- -- Neqve amissos colores
Lana refert medicata, --
Nec vera virtus, cùm semel excidit. *Hor.*
Incorrigibile est omne peccatum naturæ. *Auct.*
Æthiopem nigrum balnea nulla juvant. *Idem.*

Nie

Nie pomoże umarłemu kadźidło. v. *Już to nie rychło.*
-- Tarda medicina eſt malo,
Sperare certam rebus attritis fidem. *Sen.*
-- Sera reſpicit feſſos malis
Poſt fata demùm ſortis infeſtæ fides. *Id.*
Mala inveterata inani medicamine graſſari. *Gramond.*
Invalida & otioſa ſunt jam auxilia, ubi ærumnæ ita invaleſcunt, ut omnem poſſint ſuperare opem. *Auct.*
Tardum eſt beneficium, jam pænè merſis, & bibentibus fluctum, porrigere tabulam. *Idem.*
Nie porywáy śię kotku ná niedźwiedźiá. v. *Kotku &c.*
Sed miſerere tui, rabido nec perditꝰ ore
Fumantem vivi naſum tentaveris urſi. *Mart. l. 6. epig. 6.*
In ea, quæ inſuperabilia ſunt, malo ſuo vim ſuam exercet. *Sen. c.27. de vit. beat.*
Nie przed tym to było.
Pompejo ſcelus eſt bellū civile perempto,
Quo fuerat vivente fides. -- -- *Lucan.*
Et quod nunc ratio eſt, impetus antè fuit. *Ovid.*
Hæc neqve coram Catone Roma, neqve coram Lycurgo impune feciſſet Sparta. *Auct.*

Attracti nunc insolentiæ fræni, quæ olim liberis & largis passibus ibat. *Id.*

Immetatæ libertatis impetus, quæ hactenus per omne nefas vagata est, circumscripti intra metas modestiæ hæserunt. *Idem.*

Nie przelewki to.

- Mora non tuta est, totis incũbere remis
Utile, & admisso subdere calcar equo. *Ovid.*

In æstuarijs non est dormiendũ. *Thesaur.*

Consultandum super re magna & atroci seriò. *Barcl.*

Anchora jam nostram non tenet ulla ratem. *Ovid.*

Periculum est, in periculo securum esse. *Auct.*

Perijt improviso fluctu absorpta navis, quæ circumsessa procellis, contra assultum ventorum, neglexit solers præsidium remorum. *Idem.*

Nie przyznáy śię choćby ćię pieczono, warzono.

-- -- Si quæ tamen acta patebunt,
Illa licèt pateant, tu tamẽ usq; nega. *Ovi.*
Per solis radios, Tarpejaq; fulmina jura. (*Propert.*

Nie rychło, ále dobrze.

Tollimus ingentes animos, & maxima parvo
Tempore molimur. -- -- -- -- *Virgil.*

Sæpè venit magno fœnore tardus honor.
Prop. l. 3.

-- Sera nunquam eſt ad bonos mores via.
Sen. in Agam.

Magna, & excedentia ſolitum & vulgarem modũ, non crebrò gignuntur. *Sen.*

Elephas decennio parit, ſed elephantem: minora animalcula, ut ſunt cuniculi, unius menſis ſpatio ſuam fertilitatem & imbecillitatem menſa ſunt. *Auct.*

Quercus unius ſæculi partus eſt, cucurbitæ unâ nocte naſcuntur. *Id.*

Nie rychłom śię poſtrzegł.

Scilicet aſserui jam me, rumpiq́; catenas
Et veniunt capiti cornua ſera meo.
Ovid. l. 3. am. el. 13.

Quod perijt, ſalvum jam caput eſſe poteſt. *Idem.*

Fatorum indagine circumquâqve cinctus, jam tandem extra pedicas ſteti. *Auct.*

Expergiſcor, nec volo ad blanditias Syrenarum dormire, obceratis auribus cantus earum auditurus. *Idem.*

Nie ſkropiß tego święconą wodą. v. *Swięconą &c.*

Altiùs infectus eſt, quàm ut ex toto elui, & in priſtinum colorem tranſire poſſit.
Sen. l. 7. c. 19. de Benef.

Ah nimiùm faciles, qui triſtia crimina
veſtra
Tergere fulmineâ poſſe putatis aquâ!
Ovid.
--- --- Tantum facinus quæ diluet ætas?
Claud.
A ſcelere omne ævi ſenium ſua fama repel-
let. *Lucan.*
-- -- Cœlum licèt omne ſolutâ
In caput hoc compage ruat, terræqvè de-
hiſcant,
Non ullo Cannas abolebit Jupiter ævo.
Sil. Ital.
Rumores validi non ita citò exoleſcunt.
Barcl.
Nieſtátek z niego, z ciebie. v. *Płochy.*
Tu levior folijs, tunc cùm ſinè pondere
ſucci
Mobilibus ventis arida facta cadunt.
Ovid. ep. 5. Her.
Incertæ mentis levitas, & mobile pectus.
Sil. l. 16.
Non ita Carpathiæ variant Aquilonibus
undæ,
Nec dubio facilis vertitur aura ſuo.
Prop. l. 2.
Minus eſt in te, quàm ſumma pondus a-
riſta,
Quæ levis aſſiduis ſolibus uſta riget.
Ov. ep. 5. Her. Non

Non ſic incerto mutantur flamine Syrtes,
Nec folia hiberno jam tremefacta Noto. *Propert. l. 2.*

Nie ſtoi Láſʒe ʒá náſʒe.
Vix Priamus tanti totaqvè Troja fuit. *Ovid. ep. 1. Her.*
Vilem prædam magno aliquo incommodo luimus. *Sen. ep. 74.*
Ut vivam, toties dimicuiſſe piget? *Ovid.*
Quod juvat, exiguum eſt, plus eſt, quod lædit amantes. *Idem.*
Muneris hoc nobis diruta Troja fuit. *Id.*
Dum careo veris, gaudia falſa juvant. *Id.*
Officio merces ſed minor iſta ſuo eſt. *Id.*
Pyrrhus Epirotarum Rex cum Romanis bis prælio congreſſus, & bis eodem victor, dum multos ſuorum ducum amiſiſſet exclamat: Victi prorsùs ſumus, ſi tertio Romanos prælio ſic vincamus. *Plutarch.*

Nie ſtráſʒnyś mi w oczách. v. *Strach ʒ ćiebie &c.*
Numina nulla premunt, mortali urgemur ab hoſte. *Virgil.*

Nie ták ſtraſʒny diabeł, jáko go málują.
Terror in his ipſo major ſolet eſſe perîclo. *Sil. Ital.*
Nihil eſt in rebus tam formidabile, quàm fama vulgavit. *Sen.*

Nie twojey to głowy rozum.

Colchida quid ſcribis? quid ſcribis amice Thyeſten?

Materia eſt, (*mihi crede*) tuis aptiſſima chartis

Deucalion; vel ſi non placet, hic; Phàéton. *Mart. l. 5. epigr. 55.*

Magna petis Phàéton, & quæ non viribus iſtis

Munera conveniunt. - - - - *Ovid. 2. Met.*

-- -- Tenuis tibi campus aratur,

Illud erat magnæ fertilitatis opus. *Ovid.*

-- -- -- Deſine pervicax

Magna modis tenuare parvis. *Horat.*

Non hæc jocoſæ conveniunt Lyræ. *Id.*

Noſtraq; ſūt meritis ora minora tuis. *Ovi.*

Res erat arbitrio non dirimenda tuo. *Id.*

- - Non eſt mortale, quod optas. *Id. 2. Met.*

Nie tykány. v. Wiátru śię złego &c. v. Pieſczoſek. v. Ják z wrzodem.

Delicatiſſimi vivaciſſimus eſt ſenſus. *Bòét.*

Ad tantas ineptias perventum eſt, ut non dolore tantùm, ſed doloris opinione vexemur. *Sen. c. 4. de Conſt. Sap.*

Imbecilla ſe lædi putant, ſi tangantur. *Id.* (*ibid.*

Nie ubędźieć tego.

-- -- -- Quid enim ſervare labores,

Undè nihil, quamvis non tueare, perit? *Ovid.*

Mille licèt ſumant, deperit indè nihil. *Id.*
Sufficit, & damni pars caret illa metu. *Id.*
Ulmus truncata ramis uberiùs pullulat. *Auct.*
Quamvis ploret ubertim vitis, dum ſuperfluas ſentit ſibi præſcindi frondes, in locum tamen amiſſorum multiplici ſuccreſcit ſurculo. *Idem.*

Nie umie ſobie rády dáć. v. *Ani mię tám &c.*

Torpuerant longis pectora noſtra malis. *Ovid.*
Non poteras animi vertere jura tui. *Id.*

Nie uprośiſz, nie wypłáczeſz nic. v. *Nie odbity &c.*

Deſine fata Deûm flecti ſperare precando. *Virgil.*
Series invicta fatorum & nullâ mutabilis ope, illigat, ac trahit cuncta. *Barcl.*
Rata ſunt & fixa fata, atqve magnâ & æternâ neceſſitate dicuntur. *Idem.*
In anxietate fortunæ poſitis omnem penitùs ipſa anguſtia modum & rationem evadendi ademit. *Auct.*
Ligatas ſuæ infelicitati manus ultrò dare debet, qui viderit, quòd etiam per collum duci poſſit. *Idem.*
Preces & ſupplex gemitus inani aggerantur querelâ, poſtquam lege alienâ ſeu ſtandum, ſeu cadendum eſt. *Idem.*

Nie urodzi sowá sokołá. v. *Sowá &c.*

Nie ustráßony. (paces

In ferrum mens prona viris animæqvè ca-
Mortis, & ignavum est rediture parcere
vitæ. *Lucan. l.* 1. *Pharſ.*

Virtusqvè nostra nescit ignavos metus:
Si tela contrà stricta, si vis horrida
Mavortis in me rueret, adversùs feros
Audax Gigantes obvias ferrem manus.
Sen. in Ædip.

Etiam inter superantia animus invictus
est. *Sen. l.* 5. *c.* 3. *de Benef.*

Dijs gerimus similes animas, & pectora
magnis
Nunquam angusta malis. -- -- *Sil. Ital.*

Armatumqvè fide pectus, rectiqvè cupi-
do. *Idem.*

Nie uwierzył áż przymierzył.

Quæ supervacua esse & inimica rationi
credituri fuimus, nunc experientiæ
credimus. *Sen. ep.* 21.

Ipsa patientia malorum, firmam licèt tar-
dam credulitatem in expertis operatur.
Auct.

Citò credidimus dolere plagam, quod
intacti etiam percussis, & vibice nota-
tis pertinaciter negabamus. *Id.*

Nieumiejętność grzechu nie czyni.

Haud est nocens, quicunq; non spontè est
nocens. *Sen. in* Herc. *Octav.* Igno-

Ignorantia vix adduci debet ad culpæ reatum. *Auct.*
Error â culpa vacat, qui ignaris accidit. *Idem.*
Causam honestatis merentur errores; in quibus occultam sibi malitiam professus est delinquens. *Idem.*
Quem patet ignarum fuisse mali, quod fecit, pænè innocens est. *Idem.*

Nie wiele się tákich bigka, wala.

Rarum profudit Castora sæculum. *Ines.*
Exigui numen, sed bello vivida virtus. *Virgil.*
Phœnix inter homines bonus. *Auct.*
Ordinario hominum vocabulo signantur omnes, bonus titulo miraculi nuncupandus est. *Idem.*

Nie wie ná ktorą nogę stąpić.

- Res secundæ non habent unquam modum. *Sen. in Ædip.*
-- -- Neqve enim jam sufficit ulla
Præcipiti fortuna viro. -- -- -- *Lucan.*
Elati fortunâ & superbiâ, nec ipsi se ferre possunt. *Auct.*
(*Claud.*
Extolli vitium rebus solenne secundis.
-- -- -- -- Portentaqvè monstris
Aggerat, & secum petulans amentia certat. *Id. l. 1. in Eutrop.*

Nie wiem kogo drugiego tákiego znaydźieſz ják ja.

Quære alium pro me, qui velit iſta pati. *Ovid.*

Sed cûi tantùm animus eſt, illum mirabor & ipſe. *Idem.*

Centenos inter ſimilem numerabis amicum. *Auct.*

Niewola drew rąbáć náuczy.

Solent ſuprema facere ſecuros mala. *Sen. in Oedip.*

Aſſiduus timor & acer, & extrema admovens in audaciam jacentes excitat, & omnia experiri ſuadet. *Sen. l. 1. c. 12. de Clem.*

Timenda eſt timidorum audacia. *Tacit.*

Sæpè dubiam verecundiam vox convicíantis clarior rupit: nemo id eſſe, quod etiam videtur, timet; deprehenſus pudor amittitur. *Sen. l. 7. c. 28. de Benef.*

Impiger ad lethum, & fortis virtute coactâ. *Lucan. l. 4. Pharſ.*

Acerrima virtus eſt, quam ſuprema extundit neceſſitas. *Seneca.*

Relinquat oportet ſecuri aliquid metus, multòqvè plus ſpei, quàm periculorũ oſtentet: alioquin, ubi quieſcenti paria metuuntur, incurrere in pericula juvat, & alienâ animâ abuti. *Sen. l. 1. c. 12. de Clem.*

Nul-

Nullus perniciosior hostis est, quàm quē audacem angustiæ faciunt. *Sen. l.2. qu. nat. c. 59.*

Longè violentiùs semper ex necessitate, quàm ex virtute corrigimur. *Id. ibid.*

Majora, aut certè paria, conatur animus magnus ac perditus. *Id. ibid.*

-- -- -- -- Grande doloris
Ingenium est, miserisqvè venit solertia rebus. *Ovid.*

-- Dat stimulos animo vis mœsta timoris. *Stat. l. 1. Theb.*

-- Miseros acuunt extrema perîcli. *Sil. It.*
Et fractis rebus violentior ultima virtꝰ. *Id.*
-- Pulsusq; dolor graviore perìclo. *Id.*

Patrocinium suum putant miseri, pereundi infelicitatem. *Auct.*

Verecundiam omnem calamitas exuit, & ingenitum à natura pudorem mali vis captivum ducit. *Idem.*

De majori periculo certius extruitur subindè præsidium periculi. *Idem.*

Si feras à tergo eques telis incessat, tentabunt fugam; si viam fugiendi claudat, per ipsa, quæ fugerunt, pericula, & exertos mucrones ibunt ad hostem suum, conculcabuntq; formidinem. *Id.*

Ultimis, & quasi lacessentibus malis robustiores simus. *Idem.*

Ferox malo insania, mox necessitatis ingenio, ultimis consilijs animum aperire incipit. *Idem.*

Qui nihil tuti circa se videt, in extremam audaciam prorumpet, & claustra virtutis transibit. *Idem.*

Nie wßytko to credo, co on mowi.

Tarda solet magnis rebꝰ inesse fides. *Ovi.*

Obligat historicâ non suâ verba fide. *Id.*

Omnia pro veris jactat, sint ficta licebit. *Id.*

Aut rarò, aut nunquam dicis Evangeliū. *Oven.*

Mistaq; cum veris passim commenta vagantur

Millia rumorum. -- -- -- *Ovid.* 12. *Met.*

Non omnes veris animos implevit Apollo

Augurijs. -- -- -- -- -- *Auct.*

Nie wßystko złoto, co się świeci.

Quæ impetu placent, minùs præstant ad manum relata. *Sen. ep.* 115.

Quorum admiratio est, vulgò in diem bona sunt. *Id. ib.*

Speciosa & magna contrà visentibus, cùm ad pondus revocata sunt, fallunt. *Id. epist.* 66.

Major pars hominum miratur ex intervallo fallentia, & vulgò pulchra pro bonis sunt. *Id. l.* 9. *c.* 7. *de Benef.*

Ista, quæ spectantur, ad quæ consistitur, quæ

quæ alter alteri ſtupens monſtrat, foris nitent, intrinſecùs miſera. *Id. ibid.*

Ficta citò in naturam ſuam recidunt, quibus veritas ſubeſt, quæq; ex ſolido enaſcuntur, tempore ipſo in majus meliusqvè procedunt. *Id. l. 1. de Clement.*

Neſcimus æſtimare res, de quibus non cum fama, ſed cum natura deliberandum eſt. *Id. ep. 81.*

Divitiæ, honores, potentia, & cætera, quæ opinione noſtrâ cara ſunt, pretio utilia. *Id. ibid.*

Ego in illis, quæ omnes aptant, exiſtimavi ſemper nihil boni ineſſe: quin inania ſpecioſo ac decepturo fuco circumlita inveni, intrà nihil habentia fronti ſuæ ſimile. *Id. c. 5. ad Helv.*

Fallaces ſunt rerum ſpecies, quibus credimus. *Id. l. 4. c. 34. de Ben.*

Inflatam magnitudinem & ex inani ſpecioſam reprimit ſapientia. *Id. ibid.*

Exteri fallunt nimiùm colores;
Veritas imo latet in receſſu. *Avanc.*

Quidquid vitioſum eſt, honeſtiùs vultum mentitur. *Id. Elog. Cæſ.*

Nie wyjeżdzay przed ſwáty.

Quò properas juvenis? medijs tua pinus (in undis
Navigat, & longè, quem petis, axis abeſt. *Ovid.*

— Ne-

-- -- Nescis puer improbe, nescis,
Quo tua sit fortuna loco. -- -- *Sil. Ital.*

Nie wykręciſz ſię ſiánem. v. *Przyſzło ná orzech.*
Clausa jam melior via est. *Sen. Herc. fur.*
-- -- -- -- -- Nec ullus
Tutor, qui facti crimen obumbret, erit. *Ovid.*
-- -- Populo venia est erepta nocēti. *Luc.*
Non falles superos, nec te timor ille piabit. *Barcl.*

Nie w kâżdey długiey brodźie zdrowy rozum ſiáda.
Si benè barbatum faceret sua barba beatū;
Nullus in hoc circo queat esse beatior hirco.
Si prolixa facit sapientem barba, quid obstat,
Barbatus possit quin caper esse Plato?

Nie żal cierpieć, kiedy od kogo ſłuſznego. v. *Gdyby &c.* v. *Sam ſię oſądzę &c.*
-- -- -- -- Solamen habeto
Mortis, ab Æmonio quòd sis jugulatus Achille. *Ovid.*
Magnaq; dat uobis tantꝰ solatia victor. *Id.*
-- -- -- -- Procumbere mundum
Hoc auctore pudet. -- -- -- *Stat.*
Si pereo, manibus tantis perijsse juvabit. *Auct.*
Non pœna criminis, sed ultor displicet. *Id.*

Nie żałuy go, ma dosyć.

Carpite de plenis pendentes vitibꝰ uvas;
Præbeat Alcinoi poma benignus ager. *Ovid.*

Munera poscenti, quæ dare possit, habet. *Idem.*

Nie zápomnięć tego do śmierći. v. Nigdyć tego &c. (*Barcl.*

Hærebit hic aculeus tuus animo meo.

Hæc mihi semper erunt imis infixa medullis. *Ovid. 1. Trist.*

-- Juno æternum servans sub pectore vulnus. *Virg. 4. Æn.*

Signatum hoc memori pectore nomen erit. *Ovid. 18. ep. Heroid.*

Nie záraz Krákow zbudowáno.

Per numeros veniunt ista gradusq; suos. *Ovid.*

Nulla non res principia sua magno gradu transit. *Sen. l. 3. c. 29. de Ben.*

Difficiles aditꝰ impetꝰ omnis habet. *Ovi.*

-- -- -- Quàm maxima Roma est,
Ante Phrygem Æneam collis & herba fuit. *Propert.*

Hîc, ubi nunc Roma est, arbor & herba fuit. *Ovid.*

Principia sua semper sequens magnitudo obruit. *Sen. l. 3. c. 29. de Ben.*

Aspice Rhenum, aspice Euphratem, omnes deni-

deniq; inclytos amnes; quid ſunt, ſi illos illinc, undè effluunt, æſtimes? Quidquid eſt, quo timentur, quo nominantur, in proceſſu paraverũt. *Id. ib.*

Annulus ut fiat, primò colliditur aurũ;
Quas geritis veſtes, ſordida lana fuit.
Ovid.

Quæcunqve videntur eminere in rebus humanis, per difficiles, & arduos tramites adeuntur. *Barcl.*

Hæc, quæ propinquis nubibus obviat,
Alnus, minuto è ſemine pullulat. *Ines.*

-- -- -- Creſcit alta
E tenui therebintus herba. *Idem.*

Nie záraz zábić.

Non quidquid reprehendendum, etiam damnandum eſt. *Sen. l. 6. c. 39. de Ben.*

-- -- Tonitru tantùm leniqve procellâ
Contentus monuiſſe Jovis. -- -- *Claud.*
-- -- -- -- Humaniqvè cruoris
Parcus, in Ætæis exercet fulmina ſilvis
Jupiter. -- -- -- -- -- *Idem.*

Nie záſypiay gruſʒki w popiele. v. *Senku &c.*

Fata favere vide, & nè quo languore moreris
Fortunam. -- -- -- -- -- *Barcl.*
-- -- Et ſomnos abrumpit cura ſalubres.
Virg. 3. Georg.

-- Et

-- Et ſub noctẽ cura recurſat. *Virg.1.Æn.*
-- Nec placidam membris dat cura quietem. *Id. ibid.*

Nie zátái śię ſzydło w worze. v. *Szydło &c.*
Emicat indicio prodita flamma ſuo. *Ovi.*
Quòqve magìs tegitur, tectus magìs æſtuat ignis. *Idem.*
Erumpet media de pietate ſcelus. *Idem.*
-- -- Quis enim celaverit ignem?
Lumine qui ſemper proditur ipſe ſuo. *Id.*

Nie záwſze złote jayká kokoſzká nieśie. v. *Razgody &c.*
Et modò Threicio Boreâ, modò currimg Euro;
Sæpè tument Zephyro lintea, ſæpè Noto. *Ovid.*
-- -- -- Perennes
Ferre negat Tagus ipſe gemmas. *Ovid.*
Sic lætis triſtem fortuna interſerit actis
Scenam. -- -- -- -- *Auct.*

Niezgodą śiłá złego bywa.
Grandia per multos tenuantur flumina rivos,
Sectaq; ſubducto ſtipite flamma perit. *Ovid.*
-- -- -- Aditusqvè ſequendos
Barbarico Romana dedit diſcordia bello. *Claud. de bello Get.*
Et mediam ferre gemina inter tempora frontem
Dividit, impubesq; immani vulnere malas.

-- -- Atqve illi partibus æquis
Huc caput atqve illuc humero ex utroqve pependit. *Virg. 9. Æn.*
Nogá zá nogą. v. Chyży jáko &c.
Semimembri piger metitur aream passu. *Auct.*
Subnervata lentitudo ægrè per terrã tractis se movet pedibus. *Idem.*
Succiduo poplite, & gressibus vix sese colligentibus motum inertem habet. *Id.*
Nowy Szláchcic. (cit,
Mater erat netrix, Pater in mare retia je-
Indè tuum decorat linea longa genus. *Oven.*
-- -- Romanus origine crevit. *Ovid.*
Mutavitq; gen9, lateriq; immobile ferrũ
Exuit, & celsos natorum æquavit honores. *Stat.*
Pars humili de plebe duces, pars compede suras
Cruraq; signati nigro niventia ferro
Jura regunt; facies quamvis inscripto repugnet,
Seq; suo prodat titulos. - *Claud. in Eutr. l. 2*
Primò ad novaculã respexit libert9. *Barcl.*
Fessos duxit heri boves,
Dat magnis hodie jura Quiritibus;
Et quæ bobus ademerat,
Imponit Gabijs, & Curibus juga. *Sarb. l. 1. Lyr.* — Quem

-- -- Quem privata miniſtrum
Dedignata domus, moderantem ſuſtinet aula. *Claud. l. 1. in Eutr.*
Mancipium tot regna tenet, tot diſtrahit urbes. *Id. ibid.*
Nozká Pan.
Arma oneri, fuga præſidio. -- -- *Claud.*
Accelerare viam, & vaſtos convertere paſſus,
Sola ſalus. -- -- -- -- -- *Lucan.*
Hauſtâ pedibus veſtitur arenâ. *Stat.*
Sed fugite ô miſeri, fugite, atqve ab littore funem
Rumpite. -- -- -- -- -- *Virg. 1. Æn.*
Diffugiunt verſi trepidâ formidine Troës. *Id. 6. Æn.*
Pulverulenta fugâ Rutuli dant terga per agros. *Idem 12. Æn.*
Vix ſummam celeri pede libat arenã. *Ovi.*
Nożyce śię ſáme wydáją. v. *Czapká &c.*

O.

O *Biecuy, á nie day nic.* (datur9. *Ovi.*
Et quod non dederis, ſemper videâre
Polliciti larg9, ſed dati parcior eſto. *Auct.*
Ore ſoles facilis promittere quidquid aperto,
Illud concluſâ ſcito tenere manu. *Id.*

Obietnicá głupiemu rádość.

Sua quemqve credulitas decipit, & in eis quæ diligit voluntaria incertitudinis oblivio. *Sen. c. 29. ad Polyb.*

Dum careo veris, gaudia falſa juvant. *Ovid. ep. 13. Her.*

-- -- Quod nimis miſeri volunt,
Hoc facilè credunt. -- -- *Sen. Herc. fur.*

-- -- -- Credula eſt ſpes improba. *Id. in Thyeſte.*

Obyczáyny. v. Grzeczny.

Multꝰ ingenio corporisq; lepore. *Theſaur.*

Politi ejus ceu ad pumicem mores. *Auct.*

Elegantia morum, & urbani ſales ita condiverunt vitam illius; ut nulli non ſaperet. *Idem.*

Civili agendi ſtylo adeò omnium demulſit animos, ut; etſi viliſſimus, & civiliſſimus quiſqve, ſuam ex ejus conſuetudine portionem ſolatij perciperet. *Idem.*

Sive aliquod morum, ſeu vitæ labe carentis
Eſt pretium, nemo pluris emendus erit. *Ovid. l. 1. Triſt.*

Ochoty dodawáć.

Solvite crinales vittas, capite Orgia mecum. *Lucan.*

Hortari menſas, convivis addere guſtum. *Auct.* Men-

Menſas inſtituunt,feſtoqvè agitant convivia ludo. *Lucan.*

Ochynąć śię, odważyć śię. v. *Począć &c.*

Optimus ille fuit vindex lædentia pectus,
Vincula qui rupit, dedoluitq́; ſemel. *Ovid.*

Adversùs omnia, quæ accidere poſſunt, potentiſſimis te adhortare, & indura. *Sen. ep.15.*

-- -- -- -- Componite mentes
Ad magnum virtutis opus, ſummosqvè labores. *Lucan.*

In omnibus principijs ſudatur vehementiùs. *Auct.*

Quidquid atrociter fortuna, diſcordesq́; Parcæ decreverint, generoſiore evince niſu. *Idem.*

Oczy niewdźięcznemu wykłoć.

Eſt aliqua ingrato meritum exprobrare voluptas. *Ovid.*

Commemorando beneficia oblitis, memoriam eorum fricamus, noſtram verò mulcemus. *Auct.*

Parum mihi ad ſatìs deeſt, ſi ſaltèm expungere potui ingratitudini oculos. *Id.*

Oczy pſu przedáć. v. *Pſu oczy &c.*

Et quid in hoc vultu poterit flagrare pudoris? *Stat.*

Vos ubi contempti rupiſtis fræna pudoris,
Neſcitis captæ mentis habere modum.
Prop. l. 3.

Luxuriatur etiam inoperto capite. *Sen. c.* 13. *de vita beata.*

Modeſtia in impudentiam verſa, facili delinquentis audaciâ jus quoddam liberè peccandi uſurpat ſibi. *Auct.*

Ut ſemel abjecti diſrupit fræna pudoris tyro peccator, quodammodò hinniendo ibit in libertate ſceleru͂ vagatus. *Id.*

Depuduit jam malè eum agere, quem ſemel aliquantùm puduit. *Idem.*

Infamiam peccãdi conſuetudo ſuſtulit. *Id.*

Oczy tylko ſáme chcą.

Natura eſt in omni deſiderio, quod non ex inopia, ſed ex vitio naſcitur: quidquid illi ingeſſeris; non finis erit cupiditatis, ſed gradus. *Sen. c.* 11. *ad Helv.*

Fortuna multùm multis dedit, nulli ſatis. *Idem.*

Pleriqve deſiderant habere aliena, non quia teguêre, ſed quia viderunt. *Auct.*

Oculorum peccatum eſt ſinè conſortio cordis, quòd ſubindè aliqua vix videris, optes. *Idem.*

Ideò quædam habere decernunt, quia cernunt. *Idem.*

Od

Od łyczká do rzemiczká &c. v. *Záwczáśu złemu &c.*

In primis titubans audacia furtis. *Ovid.*

Quidquid cupiditati concesseris, non finis erit cupiditatum, sed gradus. *Sen. c.* 11. *ad Helv.*

Pravi affectus crescunt, prout magnas habuerint, minoresqvè causas, quibus concitentur. *Id. ep.* 85.

Nunquam perniciosa servant modum. *Id. ep.* 116.

Paulatim mollimus viam ad vitia, quam obsitam infamia prohibebat experiri. *Barcl.*

Pedetentim ab indecoris ad infesta & infausta simul transgredimur. *Auct.*

Unius sceleris fortunatus successus, alterius stimulus est. *Idem.*

Multorum, quia imbecilla sunt, latent vitia; non minùs ausura, cùm illis vires suæ placuerint, quàm illa, quæ jam felicitas aperuit. *Sen.*

Od słowá do słowá.

-- -- Jactis sermonibus iræ
Intumuêre satis. -- -- -- -- *Stat.*
Inqve repentinos convivia versa tumultus. *Ovid.* 5. *Met.*
-- -- -- -- Jurgia prima sonare
Incipiunt animis ardentibus; hæc tuba rixæ. *Juv. Sat.* 15.

Vina dabant animos, & primâ pocula pugnâ
Missa volant, fragilesq́; scyphi. - - *Ovid.* 12. *Met.*

Oddąmći ja kiedyßkolwiek swoje.

Sera quidem, manet ira tamen. -- *Stat.*
Dum ferrum, flammæq́; aderunt, succusqvè veneni,
Hostis Medææ nullus inultꝰ erit. *Ovid.*
Ingentes animo parturit ira minas. *Id.*
-- -- -- Nîl tela nec ignes
Obstiterint, quin ausa suas, nostrisq́; sub armis
Captivo moribundus humum diademate pulsus. *Stat. l. 1. Theb.*
Sequitur superbos ultor à tergo Deus. *Sen. Herc. fur.*

Odmięnieni śię to będźie to inaczey.

Nemo confidat nimiùm secundis,
Nemo desperet meliora lapsis. *Sen. in Thy.*

Odpoczynek potrzebny.

Occidet ad circi si quis certamina (per sem-
Non intermissis cursibus ibit eqvus.
Ovid. l. 1. de Ponto.
Quæ nunquam vacuo solita est cessare novali,
Fructibus assiduis lassa senescit humꝰ.
Id. ibid.
Mittitur in saltus carcere liber eqvus. *Id.*
Tutò-

Tutòq; depoſito poſcitur enſe rudis. *Id.*
Firma ſit illa licèt, ſolvetur in æquore
navis,
Quæ nunquam liquidis ſicca vacabit
aquis. *Ovid l. 1. de Ponto.*
Subducunt oneri colla peruſta boves. *Id.*
Auget magna quies: exiguus labor
In majus modico provenit otio. *Sarb. l. 4. Lyr. O. 35.*

Odrzekł bys śię był. (bit
-- -- - Te, Turne, (*nefas*) te triſte mane-
Supplicium, votisqvè Deos venerabere
ſeris. *Virgil. 7. Æn.*
-- Indoluit, quòd non meliora petîſſet.
Ovid. 2. Met.
Et jam mallet equos nunquam tetigiſſe
paternos. *Id, ibid.*
-- -- Nimiùm prono fervore petitæ
Jam piget Italiæ. - - - *Claud, de bell. Get.*
-- Magni ſubeunt jam tædia cæpti. *Id.*
-- -- Sic Rex ad prima tumebat
Mæonius, pulchro cùm verteret omnia
tactu;
Sed poſtquam riguiſſe dapes, fulvamqvè
revinctas
In glaciem vidit latices, tunc munus a-
cerbum
Senſit, & inviſo votum damnavit in au-
ro. *Claud. l. 1. in Rufin.*

Odważą więcey dokażeß. v. *Tylko śmiey &c.*
Cũcta virtute expugnabilia. *Tacit.* 12. *Ann.*
Quò fortuna magis ſævit, magis ipſe reſiſte,
Utq; decet, nè te vicerit illa, cave. *Ovi.*
-- -- -- Tu contrà audentior ito. *Virgil.*
Odważny. v. *Rezolut.*
- - - Genus intractabile bello. *Virg.* 1. *Æn.*
Deliberatâ morte ferocior. *Horat. l.* 1. *O.* 22
-- -- -- -- Neqve terga
Ira dare aut virtus patitur. *Virg.* 9. *Æn.*
-- -- -- Expers terroris Achilles,
Hoſtibus haud tergo, ſed forti pectore notus. *Catull.*
Acer & indomitus, quò ſpes, quòqvè ira vocâſſet. *Lucan. l.* 1. *Pharſ.*
-- -- Nulla belli non parte timendus. *Sil. l.* 16.
-- Marte ferox, & vinci neſcius armis. *Ovid.* 2. *de Ponto.*
Acer erat, belloqvè ferox, ad vimqvè paratus. *Id.* 11. *Met.*
-- -- -- Tot conflictantia rebus
Corda viri mansêre gradu, rebusqvè retuſis. *Sil. l.* 16.
Odwłoká ßkodliwa.
- - - Teneat mora nulla paratos. *Ovid.* 1. *(Met.*
Sed propera, nec te venturas differ in horas. *Id.* 1. *Rem.*

Tolle

Tolle moras, ſemper nocuit differre paratis. *Lucan. l.* 1. *Pharſ.*

Qui diù deliberat, deſcivit. *Tacit.*

Non cuncta reſtituerunt Cunctatores, imò plerumqve deſtituerunt rem. *Auct.*

Viperæ exitiali morâ partum ſuum differunt, quarum uterum benè maturi fœtus corrodant, dum diutiùs intra viſcera tenentur. *Idem.*

Ogięń mu z oczu przyſka. v. *Zły.* v. *Jáko co &c.* v. *Gniewliwy.* v. *Aż &c.*

-- -- -- Scintillavitqvè cruentis
Ira genis. -- -- -- -- *Sil.* 9. *libro.*

Igneſcunt iræ, & duris dolor oſſibus ardet. *Virgil.* 6. *Æn.*

-- -- -- Totoqvè ardentis ab ore
Scintillæ abſiſtunt, oculis micat acribus ignis. *Idem* 11. *Æn.*

-- -- -- -- Sedet intùs abactis
Ferrea lux oculis. -- -- -- *Stat. l.* 1. *Theb.*

-- -- -- Cujus aſpectum timet,
Quidquid timetur. -- -- *Sen. Herc. fur.*

Undantes ſpumis furialibus iræ. *Ovid.*

Ardent minaces igne truculento genæ,
Oculiqvè vix ſe ſedibus retinent ſuis. *Sen. in Ædip.*

-- -- Torquet fumantem ex ore vaporem,
Iraqvè anhelatum proturbat pectore murmur. *Sil. l.* 5.

Lumina Gorgoneo sæviùs igne micant. *Ovid.*
Spirit9 horribilis,fulminis ignis erat. *Auct.*
-- -- -- -- Suffuderat ora
Sanguis, & à torvo surgebant lumine flammæ. *Sil. Ital. l. 5.*
Æstuat, & Stygios exhalat in àéra flatus. *Id. ibid.*
Terribilis gemino de lumine fulgurat ignis. *Id. l. 9.*
Fronte minæ durant, & stant in vultib9 iræ. *Id. ibid.*

Oglądáć się ná ostátnie kołá. (*Auct.*
Pervigili curâ semper meditare futura.
Benè se corrigit animus ex memoria antè actorum, descendendo ad recordationem agendorum. *Idem.*
Munus providentiæ est, respexisse à præteritis ad futura. -- -- *Idem.*
Non ea, quæ tibi accidêre jam, sed quæ primò accidere poterunt, diligentiori curâ observa. *Idem.*
In præsentibus commodis hærentem animum avelle; & post hanc tranquillitatem fortunæ orituras tempestates vereare. *Idem.*
Acribus initijs prospiciendum non incurioso fine, *Tac. 12. Ann.*
-- Sem-

-- -- -- Semper & à tergo timor
Reſpicere cogit, arma nec poni ſinit. *Sen. in Troad.*

Oká mi nie máß czym záprußyć. v. Nie máß &c

Nihil indecorum, nec bono, nec viro feci. *Sen. qu. nat. in præf.*

Adversùs apparatus rerum terribilium rectos oculos tenes. *Id. ad Helv.*

Non bubonum oculos bona conſcientia habet, quæ noctem magìs quàm Solem videre velit. *Auct.*

Oko ćię ſámo, czoło wydáje.

Vultusqvè præ ſe ſcelera truculenti ferunt. *Sen. in Agam.*

Ita proditor vultus de quocunq; enunciat, ut in ſpeculo frontium extet imago animorum. *Pacatus.*

-- -- -- Licèt ipſe neges,
Vultus loquitur, quodcunqve tegis. *Sen. Herc. Oèt.*

Heu quàm difficile, crimen non prodere vultu! *Ovid. 12. Met.*

Tecta ſupercilijs diſertè verba loquentes. *Proper. t.*

Non habet lætam celata plaga frontem
Sed vorat tectas penitùs medullas. *Sen. in Hippol.*

Si, quemadmodnm debemus, affecti ſumus, conſcientia eminebit in vultu. *Id. l. 2. c. 25. de Benef.*

--- Inſpice lumina,
Et frons, & cilium, &
Nutus, geſtus, & actio
Oſtendunt animum. *Avanc.*
-- -- -- Multa trepidus ſolet
Detegere vultꝰ: magna nolentem quoq;
Conſilia produnt. -- -- *Sen. in Thyeſte.*

Okurzony. v. *Oſtrzelany.* v. *Do zwyczáju to &c.*
Contra experimenta pertinaces ſumus. *Sen. l. 2. epiſt. 14.*
Non fert ullum ictum illæſa felicitas: at ubi aſſidua fuit cum incommodis rixa, callum per injurias ducit. *Id. c. 2. de Provid.*

Olſzowy Staroſtá, y dębowemu Szlachcicowi dokuczy.
Cœleſtis ira, quos premit, miſeros facit. *Sen. in Med.*
Feliciſſimi quiqve, quia contemptibilem ſupra ſe poteſtatem contemptim habuerunt, vindicem ſenſerunt. *Auct.*
Omnis poteſtas omnibus inferiorum viribus valentior eſt. *Idem.*
Obluctari adversùs præpoſitam ſibi dominationem nè quidem Antæus impunè auſit, quin cadat ſic aſſurgendo. *Id.*

Omyla nádźiejá, y ćieſzy. v. *Nádźiejá &c.*
Hos ſucceſſus alit, poſſunt, quia poſſe videntur. *Virg. 5. Æn.*

Spes

Spes fovet, & meliùs cras fore ſemper
ait. *Tibull. l. 2.*
Spes alit agricolam, ſpes ſulcis credit a-
ratis. *Idem.*
Et ſpes agricolã vanis eliſit ariſtis. *Ovid.*
Spes etiam validâ ſolatur compede vin-
Opák wßytko idźie. (ctum. *Tibull.*
Mæander direxit aquas, ſubmiſſo vertice
montes
Explicuêre jugum, nubes ſuſpexit O-
lympus. *Lucan.*
Jam teſtudo volat, profert jam cornua
vultur,
Memnonio cygnos eſſe colore putem.
Opuśćić ręce. v. *Zdeſperowáć.* (*Ovid.*
Et jacet in gremio languida facta manus.
Ovid.
Deficiunt ad cæpta manus. -- -- *Idem.*
Et non quò voluit, ſed quò rapit impetus
iræ,
Aurigam video vela dediſſe rati. *Id.*
Artis opem vicêre metus, neſcitqvè ma-
giſter
Quam frangat, cui cedat aquæ. -- -- *Luc.*
l. 5. Pharſ. (*3. Theb.*
-- Et victam projecit caſibus artem. *Stat.*
Oslep byc, olſnął od jádu. v. *Byc bez &c.*
Cæcus eſt ignis ſtimulatus iræ,
Nec regi curat, patiturvé frænos;
Haud

Haud timet mortem, cupit ire in ipsos
Obvius enſes. *Sen. in Med.*
Nec mora, nec requies, quàm multo grandine nimbi (heros
Culminibus crepitant, ſic denſis ictibus
Creber utrâqve manu pulſat verſatqvè Dareta. *Virg. 6. Æn.*
Semicremoqvè novat repetitum ſtipite vulnus. *Ovid. 12. Met.*

Oslep, ná gwałt co żywo bieży.
Per rupes ſcopulosqvè, adituqvè carentia ſaxa;
Quàqvè eſt difficilis, quàqvè eſt via nulla, ſeqvuntur. *Stat.*
Cæcâ tela manu, ſed non tamen irrita mittit. *Lucan.*
-- -- -- Per ipſa pericula cæci
In pejora ruunt. -- -- -- *Barcl.*
-- -- -- Raptis concurritur undiq; telis. *Virg. 7. Æn.*
-- -- Nulla datur cæcum exſuperare po-
Conſilium. -- -- -- -- -- *Id. ibid.* (teſtas
Pars pedes ire parat campis, pars arduus altis
Pulverulentus equis furit: omnes arma requirunt. *Idem ibid.*

Oſtátnia wilkiem oráć. v. Wilkiem oráć &c.
Malè reſpondent coacta ingenia; reluctante naturâ irritus labor eſt. *Sen. c. 6. de Tranqu.*

Si ultra vires coacta virtus exerit robur ſuum, citò maſcula ejus fortitudo ſuum vigorem amittet. *Auct.*

Inviti licèt ad grandia facinora adiguntur, minuto tamen ea perficiunt animo, vel nullo. *Idem.*

Oſtrożnie zniem, ják z ogńiem, jáko po brzytwách.

Contumaciùs loqui, non eſt tutum apud aures offenſioni proniores. *Tacit.*

Vertet in offenſas libera verba ſuas. *Proper.*

Infelicibus ſervis (*quod ſuis temporibus Seneca vidit*) né hoc quidem, ut loquantur, licet, virgâ murmur omne compeſcitur: & né fortuita quidem à verberibus excepta ſunt; tuſſis, ſternutamentum, ſingultus, magno malo, nullâ voce interpellatum ſilentium luitur: nocte totâ jejuni, mutiq; perſtãt. *Sen.ep.*47

Par metus admiſſis, & excluſis; ad hæc, ipſe occurſu quoq; viſuq; terribilis. *Plin. pan. Traj. ſævitiam Domitiani deſcrib.*

Oſtrożnie z pánięty. v. *Nie mojá rzecz.*

Nemo potentes aggredi tutus poteſt *Sen.*

- - Nec tu divinã Æneida tẽta, (*in Med.*

(*ſic de ſuo pòëmate Papinius inferiorem ſe Virgilio reputans*)

Sed longè ſequere, & veſtigia pronus adora. *Stat. l.* 12. *Theb.*

--- Timeo ſimulacra Deorum. *Ovid.* 10. *epiſt. Heroid.*

Iraſci noſtro non debes cerdo libello. *Mart. l.* 1.

Nos tenues in utroqvé ſumus, vinciqvé parati. *Id. l.* 7. *ep.* 42.

Bellum importunum cives cum gente Deorum,
Invictisq; viris gerimus, quos nulla fatigant
Prælia, nec victi poſſunt abſiſtere ferro. *Virgil.* 11. *Æn.*

Rara eſt in dominos juſta licentia. *Sen. in Med.*

Oſtrzelány. v. *Okurzony, nie pierwſza mu to.*

Cùm ſemel animum virtus induravit, undiq; invulnerabilem præſtat. *Seneca c.* 13. *ad Helv.*

Quorum omnes anni per calamitates tranſiêrunt, graviſſima quoq; forti & immobili conſtantia perferunt. *Id. ib. c.* 2.

Contemptum periculorum, aſſiduitas periclitandi dabit. *Id. c.* 4. *de Provid.*

Non ex intacto corpore tuo ſanguis hic fluxit, per ipſas cicatrices percuſſa es. *Id. c.* 15. *ad Helv.*

Oſzuſt, figlarz. v. *Fránt.*

Nulla vacant incæpta dolis; ſimul omnia verſat,
Miſcetqvé, exacuens varia ad conamina mentem. *Sil. Ital.*

-- Fu-

-- -- Fucata genas, & amicta dolosis
Illecebris, torvos auro circumlinit hydros. *Claud. l. 1. in Ruf.*
Construit arcanâ nec opina pericula curâ. *Sil. Ital.*
-- -- Patrias tentavit lubricus artes. *Virg. 1. Æn.*
Ille dolis instructus & arte Pelasgâ. *Id. 2. Æn.*
Otoſʒ máſʒ czegoś chćiał, czegoś ſʒukał. v. Sam ſobie winien.
-- En miser (*inquit*) habes, quod merce parabas. *Lucan.*
-- -- Quod desles, illud amâsti. *Idem.*
Criminis hæc merces: -- -- -- --
Quærit avarus opes, & quæ lassavit arãdo
Æquora, perjuro naufragꝯ ore bibit. *Ovi.*
-- -- -- Voluistis? habete. *Kanon.*
Præter sua vota & desideria in caput malevolorum devolvitur insperata calamitas. *Auct.*
Otrząśniy śię duſʒo, poydźieſʒ w nocy kráść.
Nullum ad nocendum tempus angustum est malis. *Sen. in Med.*
Da fræna, & omnem prona nequitiam incita. *Id. in Agam.*
Per scelera semper sceleribus tutum est iter. *Id. ibid.*
Honesta quædam scelera successus facit. *Id. in Hipp.*

— — — — — Dedit
Tempus locumq́vè caſus, utendum artibus. *Id. ibid.*
Meus dies eſt; tempore accepto utimur. *Id. in Med.*
— — — Ultimum magno ſcelus
Animo parandum eſt. — — — *Id. ibid.*

Owcá ozioniona zá wilkiem bieży.
Ad veteres iterum ſcopulos divertor, & illas,
In quibus offendit naufraga puppis aquas. *Ovid.*
Mobiles ad deſperationem, ſemel perculſæ mentes. *Barcl.*
Quæqve modò Euboicis lacerata eſt fluctibus, audet (*Ovid.*
Grajâ Capharæâ currere puppis aquâ.

Owieczká, á trykſa ják báran. v. *Wilcza pokora.* v. *Cichá wodá.*
Interdum quies inquieta eſt. *Sen. ep.* 57.
Ab inquieto ſæpè ſimulatur quies. *Sen. in Oedipo.*
— — — Sceleriqvé profano
Fallax legitimam veri prætenderat umbram, *Lucan.*
Nullùm doloſius eſt vitium, quám quod ſpecie virtutis tectiùs abſcōditur. *Auct.*
Nimis compoſita, & ex quadam amuſſi ſe ipſam ad oculos aliorum erudiens modeſtia,

deſtia, ſemper eſt ſuſpecta de commercio culpæ. *Idem.*
O wilku mowią, á wilk w śieći.
Nomine mutato cauſa relata tua. *Ovid.*
Fabula narratur, mutato nomine, de te. *Id.*

P.

PAjąk z roży truciznę zbiera, &c.
In eodem prato bos gramen quærit, canis leporem, ciconia lacertum. *Sen. epiſt.* 108.
Quid thyma peccârunt? tamen his decerpta leguntur,
Mella ſuis apibus, virus Arachna legit. (*Maſsen.*
Pájęczyná to.
Quædam inutilia & inefficacia, ipſa ſubtilitas reddit. *Sen. ep.* 82.
Nec vaga tam tenui diſcurrit aranea telâ,
Tam leve nec bombyx pendulus urget opus. *Mart. l.* 8. *ep.* 32.
Craſſior offenſæ bulla tumeſcit aquæ. *Id. ib.*
-- -- Non illud opus tenuiſſima vincant
Stamina; non ſummo quæ pendet aranea tigno. *Juv. Sat.* 19.
Leviculæ ingeniorum ſtricturæ, vitreæ acuminis ſcintillationes, atqvé ex ſubtili argutiarum, quem vibrant fulgore, ignes fatui & fumus. *Auct.*

Pamiętay ná wſtyd.
Sit pudor, & tandem veri, reſpectus & æqui. *Mart. l. 11. ep. 51.*
-- -- -- Teneat reverentia famæ. *Ovid.*
-- -- Pudor eſt, opprobria nobis
Et dici potuiſſe, & non potuiſſe refelli. *Id. 1. Met.*
Nunc decuit ſentire nefas, nunc ire recentes
Deterſum maculas. --- *Claud. l. 2. in Eutr.*
Pan od morzá do morzá. v. *Bogáty.*
-- -- Uni parent commiſſa miniſtro
Quæ Boreas, quæqve Eurus atrox, quæq; nubilus Auſter
Invehit. -- -- -- -- -- *Stat.*
Pan Bog á mięſek to przyjáciel práwy,
A ludźká przyiaźń tylko dla zábáwy.
- Summum eſſe bonum pars maxima cenſet,
Nummorum plenam ſemper habere crumenam. *Paling.*
Si tibi ſint nummi, ſi deniqve Numina præſto,
Tunc nec amicitiæ populi ſtudioſior eſto. *Auct.*
Páná Bogá by przedał. v. *Z ołtarzáby wźiął.* v. *Łákomy.*
-- -- Ibi fas, ubi maxima merces. *Lucan.*
Fas pretio cedit, mercede placebit
Judicium. -- -- -- -- *Claud.*
Neces-

Necessitas plus posse, quàm pietas solet. *Sen. in Troade.*

Provincias spoliari, & nummarium tribunal auditâ utrinqve licitatione alteri addici non mirum, quando quæ emeris, vendere, jus gentium est. *Id. l. 1. c. 9. de Benef.*

-- -- -- -- Vendet & æqvum,
Ut faciat magnas turpe tribunal opes. *Auct.*

Pańska łaska ná pstrem koniu jeździ. v. *Łaska pańska &c.*

Principum amicitiæ lentè augmentantur, citò extingvuntur. *Tacit.*

Instabilesqvè Deos, & lubrica Numina discas. *Claud.*

Multos diù regijs amicitijs florentes, à suo deniq; axe fortuna excussit. *Barcl.*

Rarum est, felix, idemq; senex. *Sen. in Herc. Oetæo.*

O nulli longi temporis felicitas. *Id. in (Herc. fur.*

-- -- -- Quòqvé fortuna altiùs
Evexit ac levavit humanas opes,
Hôc se magìs supprimere felicem decet,
Variosqvé casus tremere, metuentē Deos
Nimiùm faventes. -- -- -- *Id. in Troad.*

Monstrum est, senex aularum felicitas, & simile prodigio, lubricam Principis gratiam diù tenere manibus. *Auct.*

Páńſká prośbá ſtoi zá rozkazánie.

Preces erant, ſed quibus contradici non poſſet. *Tacit.*
- - Precibusq; minas regaliter addit. *Stat.*
Ad libitum Domini vocem non habet conditio ſervitutis. *Chryſol.*
Verba, puta leges, imperiũq; preces. *Oven.*
Compellit violentèr, qui cùm potens ſit jubere, ſuaviter compellat. *Auct.*

Páńie niewſtydem oczy.

-- -- -- -- Oculosqvé videndo
Conſcelerat· -- -- -- -- *Ovid.*
Et qui tenebant ſigna Phæbeæ facis,
Oculi, nîl gentile nec patrium micant.
Sen. in Hypp.
De Phædra oculis capta in forma Hyppoliti.
Nec vaga dilecto ſatiantur lumina vultu.
Claud. de rap. Proſ.

Paſtwi śię nád ńiem, hániebńie zábija, ká uje.
v. *Bije bez ob ázu.*

Junonis gravis ira, & inexſaturabile pectus. *Virg. 11. Æn.*
-- Necdum antiqvum exſaturata dolorẽ.
Idem ibid.
Sic tygris rabiem prênſo conſumit in hoſte. -- -- *Sil. Ital.*
Inflammata ſemel neſcit miteſcere virtus.
Claud.
-- Spa-

-- -- -- Spatium non invenit ira,
Nec locus est odijs, sparsumqvé perit per
tela cadaver. *Idem.*
-- -- -- -- - Et ossa
Non agnoscendo confusa reliquit in ore;
Exsiliêre oculi, dispersisq; ossibus oris,
Acta retrò naris, medioqvé est fixa palato.
Ovid. 12. *Met.*
Terq; quaterq; graves juncturas verticis
ictu
Rupit, & liquido sederunt ossa cerebro.
Páſsczekuje. v. *Gebą donośi.* (*Id. ibid.*
-- -- Exundanti permisit fræna furori. *Stat.*
Dixerat hæc, sed & hæc, & multò plura
libebat
Dicere. -- -- -- -- -- *Ovid.*
Et mea sacrilegæ latrârunt crimina lin-
guæ. *Auct.*
Et possis ipsum tu deridere Latinũ? *Mart.*
l. 13.
Adlatras numen, quod tibicunqvé datũ
est. *Idem l.* 2.
Omnib9 arrides, dicteria dicis in omnes-
Idem l. 6.
Pázurki ſchowáć.
Tutò serpens etiam pestifera tractatur, dum riget frigore; non desunt tunc illi venena, sed torpent. *Sen. epist.* 42.
Tigres leonesqvé nunquam feritatem

exuunt, aliquando ſubmittunt, & cùm minimè expectaveris, exaſperatur torvitas mitigata. *Idem epiſt.* 85.

Qui nunc purpureis floret ager roſis
Immoto ſterilis delituit gelu:
Verno quæ ſtrepit ales,
Hiberno tacuit die. *Sarb.l.4.lyr. O.*35.

Pędziwiátr. v. *Młody wiátr.* v. *Nieſtátek.*

Juvenile vitium eſt, regere non poſſe impetum. *Sen. in Troade.*

-- -- -- -- Placet ire per omnes
Terrasq́; ſinusq́; maris, cœlumq́; profundum. *Virg.* 4. *Georg.*

Dat mare, dant amnes, dat tibi terra viam. *Ovid.*

Pię dzią ſię ſwoją mierzáć. v. *Miárą.*

-- -- Et tu metire, quod audes. *Luc.* 1. *Pharſ.*

Mullum non cupias, cùm ſit tibi gobio tantùm
In loculis. -- -- -- -- -- *Juven.*

-- -- -- -- -- Nec ultrà
Impenſam facias, quàm ſit permiſſa facultas. *Paling.*

Tu quantùm ſatìs eſt vitæ, non ampliùs opta. *Idem.*

Metiri ſua regna decet, viresq́; fateri. *Luc.*

Turpe eſt, quod nequeas capiti committere pondus,
Et preſſum inflexo mox dare terga genu. *Propert.*

Quo-

Quotiès aliquid conaberis, te ſimul, & ea, quæ paras, quibusqve p ra is, metire. *Sen. l. 3. c. 7. de Ira.*

Aſſueſcendum co ditioni ſuæ, & quàm minimùm de illa querendum; & quidquid habet circa ſe commodi, apprehendendum eſt. *Id. c. 10. de Tranquillitate animi.*

Qui ſua metitur pondera, ferre poteſt. *Martial. l. 12. ep. 98.*

Piekło ſię ná mnie oburzyło. v. Jedná biedá &c.

Increpor à cunctis, totumqvè immurmurat agmen. *Ovid.*

-- -- -- Et quæ ſibi quiſqvé timeret,
Unius in miſeri exitium converſa tulêre. *Virgil. 2. Æn.*

Quodvé putem ſidus noſtris occurrere votis?
Quosvé Deos in me bella movere putem? *Ovid.*

Nec mihi pars nocuit de gurgite, ſed ſimul omnes
Preſsêre hoc fluctꝰ, Oceanꝰq́; caput. *Id.*

Semel profectò premere felices Deus
Cùm cæpit, urget: hos habent magna exitus. *Sen. in Herc. Oétæo.*

Pięknie ukráść jeſt to jedno jákoby kupić.

Solet eſſe pro virtute felix temeritas. *Sen. c. 9. de Tranquill.*

Hone-

Honesta quædam scelera successus facit.
Sen. in Hipp.
Artificium etiam in criminali suam laudem meruisse. *Auct.*
Dexterrimos successus, quamvís sinisteriùs factis, fuisse, si nec impudenter, nec imprudenter fiant. *Idem.*
-- -- -- -- Prospectum & felix scelus,
Virtus vocatur. -- -- *Sen. Herc. fur.*
Piękne zá nadobne. v. *To zá to.*
Jupiter oranti surdas si præbeat aures,
Victima pro templo cur cadat icta Jovi?
Ovid.
Si pacem nullam præstet mihi Pontus eunti,
Irrita Neptuno cur ego dona feram? *Id.*
Pierwβe kocięta zá płot.
-- -- Nec egent non prospera laude
Facta nova. -- -- -- *Sil. Ital.*
Imbecille est primum virtutis rudimentum. *Auct.*
Abortiunt plerumqvé primi in suo molimine conatus. *Idem.*
Primos partus semper fuisse invalidos. *Id.*
Primogeniti arborum fructus nec maturescere solent, nec sapere. *Idem.*
Pies βczeka, wiátr nieśie. v. *Pśie głosy &c.*
-- -- -- Frustraqvé sonantia laxant
Ora canes, umbramq; petunt, & nubila latrant. *Stat.* Oppro-

Opprobrijs stat nulla fides. -- -- *Claud.*
Allatres licet usqvé nos, & usqvé,
Et gannitibus improbis lacessas. *Mart. l. 5. epigr. 64.*
Nihil detrimenti patitur bonus vir, iniquis rumoribus aspersus. *Sen. de Tranq.*
Improborum probra æquè, ut præconia bonorum, immortalia manent. *Sidon. Apollin. l. 9. ep. 8.*
Relinquendum est rumoribus tempus, quò senescant. *Strada.*
-- -- -- Non ego civium
Ab ore pendebo, aut protervis
Injuriæ dabo terga telis. *Sarbiev.*
Pieſsemu sokołowi y wroná dobije. v. *Olſsowy Stároſtá &c.*
Tutò movetur, quidquid extremo loco est. *Sen. in Oedipo.*
Calcat jacentem vulgus. - - *Id. in Octav.*
Delapsam ex suo culmine fortunam & ab infirmis quibusqvé, & ab infimis sub vestigium mitti. *Auct.*
Miserrima conditio est impotentis potentiæ; quæ imbecillium etiam dominationem tolerare cogitur. *Idem.*
Despiciuntur & suspecti Drusi, si fuerint à fortuna trusi. *Idem.*
Pijáli przed tym y Filozofowie,
I przecię zpełná mieli rozum w głowie.

Quòd

Quòd nimio gaudes noctem producere vino,
Ignoſco, vitium Gaure Catonis habes.
Mart. l. 2. *ep.* 89.

– – – – – Cato ipſe
Explicuit vino contractæ ſeria frontis.
Lipſ. Cent. 2. *ep.* 48.

Vinum eſt inſtar equi, geſtat tollitqvé Pòétam. *Idem.*

Ingenium potus ſuggeſſit Muſa Poétis.
Param.

Cum pueris Socrates ludere non erubeſcebat, & Cato vino laxabat animum, curis publicis fatigatum. *Sen. c.* 15. *de Tranquill.*

Catoni ebrietas objecta eſt; at faciliùs efficiet, quiſquis objecerit, hoc crimen honeſtum, quàm turpem Catonē. *Id. ib.*

Pijány wierſʒow nie ſkiáda.

Nec benè ſollicitis ebria verba ſonant.
Tibull l. 3.

– Ebrius incinctis conviva capillis
Saltat, & imprudens vertitur arte meri.
Ovid. 6. *Faſt.*

Nimiæ lætitiæ decoris & gravitatis ſunt immemores. *Mamertin.*

Obſtupuit multis mens benè docta Scyphis. *Auct.*

Pijány wßytko obiecuje, trzeźwy nic nie dáje.

Omnia promittis, cùm totâ nocte bibisti,
Manè nihil præstas: Posthume manè bibe. *Mart. l. 14. epigr. 12.*

Płácz z grzyt niebioſá przebija. (multu

-- Domus interior gemitu miseroq; tu-
Miscetur, penitùsq; cavæ plangoribus ædes
Fœmineis ululant, ferit aurea sidera clamor. *Virg. 2. Æn.*

Płácze, choć mu śię nie chce.

Invitiq; oculi lachrymis maduêre coactis. *Ovid.*
Acquiritq; fidem simulati fronte doloris. *Lucan.*
Et lachrymæ causâ sæpè latente cadunt. *Ovid.*
Ut flerent, oculos erudiêre suos. *Idem.*
-- Et jussæ prosiliunt lachrymæ. *Martial.*
Plus ostentatio doloris exigit, quám dolor: quotusquisq; sibi tristis est? *Sen. epist. 99.*

Płácze jáko bobr. (*Vida.*

Et lachrymas oculi fluminis instar agũt.
-- -- -- -- Suspirat ab imis
Pectoribus, lachrymæq; genis labuntur obortæ. *Ovid. 2. Met.*
Hument incultæ fronte perennè genæ. *Id.*
Et lachrymis oculi rorantur obortis. *Id.*

Devo-

Devorat ipſe dolor. -- -- -- *Lucan.*
Primus, ſed validus lachrymarum turbo.

Plotká. v. I bráciby rodzonych &c. (*Barcl.*

Te fingēte nefas, Pyladen odiſſet Oreſtes; Theſea Pirithoi deſtituiſſet amor. *Martial. l. 7. epigr. 24.*

Tu Siculos fratres, & majus nomē Atridas, Et Ledæ poteras diſſociare genus. *Id. ib.*

Fabulas in ſemen rixarum ſpargere & accommodare ſolitum, etiam optimè radicatas convulſiſſe amicitias. *Auct.*

Pochlebſtwá rad ſłucha.

Eò jam dementiæ venimus; ut qui parcè laudat, pro maligno ſit. *Sen. l. 4. qu. nat. in præf.*

Non ſumus modicâ adulatione contenti: quidquid in nos adulatio ſinè pudore congeſſit, tanquàm debitum prêndimus. *Idem epiſt. 40.*

Ingentes arcus, exceſſurosq; templorum faſtigium titulos, nomini Cæſarum dicabamus; patiebantur illi, & quaſi meruiſſent, lætabantur. *Plin. Paneg. Traj.*

Pochlebſtwo gorſze niżeli trucizná.

Nulla ad aures noſtras vox impunè perfertur; nocent, qui optant. *Sen. ep. 94.*

Qui gratiæ adulantur, qui potentiam extollunt, aut ſunt hoſtes, aut eſſe poſſunt. *Id. c. 2. de vita beata.*

Quàm magnus mirantium, & laudantiũ, tam magnꝰ invidentiũ populꝰ est. *Id. ib.*

Począćci jáko począć, ále zkończyć trudniey.

Leve est miserias ferre, perferre grave. *Sen. in Thyeste.*

Nihil in fructum pervenit, quod non à primo usqve ad extremum æqualis cultura prosequitur. *Sen.*

Perdet agricola, quod sparsit, si labores suos non recipiat in semine. *Idem.*

Tunc faciles undæ cunctis jam puppibus hærent,
Ut vinci didicêre semel. -- -- -- *Claud.*

Sed non, cûi dederis à littore carbasa vento,
Utendum est, medio cùm potiêre freto. *Ovid.*

-- Non statèm Jonijs credenda perîclis
Si qua potest modico ludere cymba lacu. *Idem.*

Począć naytrudniey.

Difficiles aditꝰ impetꝰ omnis habet. *Ovi.*

Hæsitat in primis titubans audacia furtis. *Idem.*

Et labor est unus, tempora prima pati. *Idem l. 1. rem. am.*

Principio clivi noster anhelat eqvus. *Id.*

In primo fervore maximè impatientes, ferocesq; sunt miseriæ. *Sen. c. 4. ad Marc.*

Fortiſſimus plerumq; vir, dum armatur, expalluit; & ſigno pugnæ dato, ferociſſimo militi paulatim genua tremuerunt; & magno imperatori, antequam in ſe acies arictarent, cor exſiluit. *Id. l.* 1. *c. de Clem.*

-- -- Finis virtutis amœnus,
Quamvis principijs aſpera facta via eſt.
Oven.

Diù in ſuis exordijs laborat virtus, & plerumq; ad prima principia recidens, tandem à relapſu fortior, feliciter manum ſupremam admovet operi. *Auct.*

Podárunek ják żmudzinek, jak Fryz orácyá.

Auxerunt blandâ dona minora prece.
Ovid. epiſt. 3. *Herc.*

Ad portentoſæ orationis magnitudinem exilitas munerum non ſolet augmentari. *Auct.*

Si fuerint puſilla data, non ampliantur, quamvis commendata. *Idem.*

Etiam largiſſima eloquentia neſcit dilatare parcitatem manûs. *Idem.*

Podbijáć bębenká. v. *Bębenká &c.*

Ipſe Pater Danais animos viresq; ſecũdas
Sufficit, ipſe Deos in Dardana ſuſcitat arma.
Virg. 2. *Æn.*

Solus hic inflexit ſenſus, animũq; labantẽ
Impulit. -- -- -- -- -- *Idem ibid.*

Incen-

Incenditq́; animum dictis, atq́; aggerat iras. *Id. 4. Æn.*

-- Turnus Rutulos animis audacibus implet. *Id. 7. Æn.*

-- -- -- Commoti pectoris ignem
Nutrit, & exiguum stimulando pectus acerbat. *Claud. in Ruf.*

Poddáięć śię, ustępuię. v. Masz mię powoli.

Nil opus est bello, pacem, veniamq; rogamus. *Ovid.*

Porrigimus vinctas ad tua jura manꝰ. *Id.*

Parce tuas in me perdere victor opes. *Id.*

Podleść lepiey, kiedy przeskoczyć trudno. v. *Pokorney &c.*

Magna armamenta pandentibus cogendæ in arctum res sunt, ut tela in vanum cadant. *Sen.*

Tutiùs est in contemptu esse, ubi in jure nihil præsidij erit. *Barcl.*

Minùs in parvis fortuna furit,
Leviùsq; ferit leviora Deus. *Sen. in Troad.*

Feriunt celsos culmina colles,
Corpora morbis majora patēt. *Id. in Agam.*

Transit tutos fortuna sinus,
Medioqve rates quærit in alto,
Quarum feriunt suppara nubes. *Idem in Herc. Oétæo.*

-- -- Benè paupertas
Humili tecto contenta latet,

Quatiunt altas ſæpè procellæ,
Aut evertit fortuna domos. *Id. in Octav.*
-- Malabaricis fortior Africis,
Obliquata memor flectere carbaſa
Vincit nauta procellam. *Ines.*
Nunquam privatæ fræna potentiæ
Inijcias, tolerare niſus,
Quidquid tollere non potes. *Idem.*
Pokażę ja mu zęby; otrząsnę się jemu; z ſádzę ja go z śiebie.
Eſt hic eſt animus magnæq; in prælia vires. *Lucan.*
-- -- Vel magnum præſtet Achillem,
Factaq; Vulcani manibus ferus induat arma,
Ibo animis contrà. -- -- *Virgil.*
Virtusq; noſtra neſcit ignavos metus:
Si tela contrà ſtricta, ſi vis horrida
Mavortis in me rueret, adversùs feros
Audax Gigantes obvias ferrem manus.
Sen. in Ædipo.
Pokorney głowy miecz nie bije. v. Dolem &c. v. Podleż.
Omnis indignatio in tormentum ſuum proficit, & imperia graviora ſentit, quò contumaciùs patitur. *Sen. l. 3. c. 16. de Ira.*
Pax humiles intacta decet. *Idem.*
-- -- -- Minuitq; modeſtia crimen. *Ovid.*
In

In brevibus nunquam ſeſe probat Æolus undis,
Nec capit anguſtus Boreæ certamina collis. *Claud.*
Alpes ille quatit, Rhodopæîaq; robora quaſſat, (ctis,
Incubuit nunquam cœleſtis flamma ſali-
Nec parvi frutices iram meruêre Tonãtis;
Ingentes quercus, annoſas fulminat ornos. *Idem.*
-- -- -- Perflant altiſſima venti,
Summa petunt dextrâ fulmina miſſa Jovis. *Ovid. 1. rem.*
Eò feliciùs, quò profundiùs cadit ſpontè inclinata protervia. *Ines.*

Pomárli dobrzy.

Non ita vixerunt Strophio & Agamemnone nati,
Non hæc Ægidæ Pirithoiq́; fides. *Ovid.*
Collecta vitia per tot ætates diù (vi,
In nos redundant: ſæculo premimur gra-
Quo ſcelera regnant. -- -- *Sen. in Octáv.*

Pomože mu to, jáko umarľemu kádžidło.

Quid juvat, ad ſurdas ſi cantet Phæmius aures? *Ovid.*
-- -- -- Veteri poſt obruta morbo
Corpora Pæonias nec quidquam admoveris herbas. *Claud.*
Moribundis pharmaca, naufragis tabulas

plerumq; inani & non prufuturo auxilio porrigi. *Auct.*

Frustraneam amicitiæ operam jam in extremo laborantibus periculo locatam in cassum cedisse. *Idem.*

Ponieważeś Pan, śiaday ná kobiercu.

Si judicas? cognosce: si regnas? jube. *Sen. in Med.*

Quisquis supremum legifer obtines
Judex tribunal, magnifico potens
Splendore præstes; quin protervi
Grande supercilium regentis
Nôrint, & ipsis sontibus incubet
Timor tenentis fræna potentiæ. *Auct.*

Porwał śię ják lew, á ustał ják muchá.

Cæpisti meliùs, quàm desinis, ultima primis
Cedunt. -- -- -- -- -- *Ovid.*

Generosi impetus turpi frequentiùs fine elanguescunt. *Auct.*

Subitaneus & præceps audacium fervor, frigidiori exitu, primos calores audaciæ conglaciat. *Idem.*

More tonitruorum fulgurat temeritas, quæ primò acri scintillant igne, tandem eodem momento & aures humanas increpant, simul & ipsa crepant. *Id.*

Porwał śię z motyką ná słońce.

Pudet in aciem descendere pro Dijs hominibusq; susceptam, subulâ armatum. *Sen. epist. 85.*

Sic nos Enceladi dementia castra secuti,
In rerum Dominos movimus arma Deos. *Ovid.*

Contra majores quis ferat arma Deos? *Id.*

Postáremu Bártoss.

Tu nihil in melius tot rerum proficis u- (su. *Juven.*

Phryx tantis perfrictus plagis sapere nescit. *Auct.*

Etiam aggerata mala obstipam indolem nequibunt erudire. *Idem.*

Quos nullius frugi agnovimus, ad meliorem frugem redijsse non agnovimus. *Idem.*

Ad civiliorem morum regulam eos formari nunquam potuisse; qui inurbanæ indolis demerito ad classem minorum gentium scripti, nihil generosius spirare visi sunt. *Idem.*

Powoli, dáley zaydźieß. v. Z wolna &c.

-- -- Differ tua cæpta, caveqvé
Spem festinando præcipitare tuam. *Ovid.*

Sed nos flaminibus venti majoris ituros,
Dum sumus in portu, provehat aura levis. *Idem.*

-- -- -- Fluctus assueta minores
Nôsse ratis, nondum Jonijs credenda periclis. *Stat.*

Tranquillo priùs arma lacu, clavumqvé, levesqvé
Tractat nauta rates, atq; ipsa pericula discit. *Idem.*

Lenta magìs durant, quám violenta diù. *Oven.*

Nec unquam immodica durant, nisi illa moderatrix ratio compescuit. *Sen.ep.*74.

Nec passim carpenda sunt, nec avidè involanda universa, per partes pervenitur ad totum. *Idem epist.*108.

Virtus non ex impetu, & subitò, sed æqualiter valet. *Idem epist.*76.

Illa certissima est virtus, quæ se diù circumspexit, & rexit, & ex lento, ac destinato provexit. *Id. l.* 1. *c.* 12. *de Ira.*

Powoli z razu.

Sed nos flaminibus venti majoris ituros,
Dum sumus in portu, provehat aura levis. *Ovid.*

-- -- -- Fluctus assueta minores
Nôsse ratis, nondum Jonijs credenda perîclis. *Stat.*

Po kolędzie cię nosżą.

-- -- -- Te criminis hujus
Auctorem tota rumor in urbe sonat. *Martial. l.* 2. *epigr.* 72.

Perpetuæ crimen posteritatis eris. *Ovid.*

Fabula, nec sentis, toto jactaris in orbe. *Id.*

Nequi-

Nequitiam vinósa tuam convivia narrant,
Narrāt in multas compita secta vias. *Id.*

Ultima est adversæ fortunæ sarcïna, quód, dum miseris aliquod crimen affingitur, meruisse creduntur. *Boët.*

Po obiedźie łyßká. v. Już to nie rychło.

Serò animus ad periculorum patientiam, post pericula instruitur. *Seneca.*

Serum est cavendi tempus in medijs malis. *Id. in Thyeste.*

Circumsessis attonitisq; malorum suorum asultu non vacat respicere ad auxilia, ubi jam venienti, in potestatem fortunæ, serò nimìs succurritur animo. *Id.*

Inclinatis in casum, & jam ruentibus fatis, frustrà vel consilij, vel amicitiæ fulcra supponuntur. *Idem.*

Po pierzynie do honoru postąpić.

-- -- -- Una sed nostras potest
Fundare vires juncta regali face,
Thalamisq; Mægara. ducet è genere inclyto
Novitas colorem nostra. -- -- *Sen. in Herc. fur.*

Malim Corneliam Gracchorum matrem, quæ pro dote triumphos adducet, quàm Venusinam; cum qua ex obscuro sui oppido nihil illustre adveniet. *Auct.*

Heroum & Deorum futurus Pater Æneas paludatam præoptat Laviniam potiùs, quàm exulem quampiam Trojanam uxorem. *Idem.*

Po ʃzkodźie Polák mądry. v. *Strzeżonego &c.* v. *Cwiczony &c.*

-- -- Terrent etiam nunc nubila mentẽ. *Ovid. 1. Met.*

Tranquillas etiam naufragus horret aquas. *Idem.*

-- -- -- Nec jam revocabile damnum
Eventu ſtolido rerum didicêre magiſtro. *Claud. l. 2. in Eutrop.*

Non res antè vident, acceptâ clade queruntur,
Et ſerò transacta gemunt. -- -- *Id. ibid.*

Diſcite ab alterius, veſtris timuiſſe querelis. *Ovid.*

Quasq; malè amiſit, nunc malè quærit opes. *Idem.*

Nè ſeræ redeant poſt aucta pericula curæ. *Sil. Ital.*

Vulneribus didicit miles habere metum. *Propert.*

Littus jam vaſto reſpeximus æſtu. *Idem.*

Nunquam certiùs quàm cicatricibus adhuc novis deprehendimus vim telorũ; qui paulò antè ſaucij, petimur à fortuna. *Barcl.*

Práwé

Práwá ná Páná nie máß.
Quidam commissa capite luerunt, eadem, quia paludati fecerunt, laudamus. *Sen. ep.* 95.
Provocatio adversùs injurias magistratuum ostentata tantùm inanibus literis, non emendata. *Barcl.*
Litem potentiori quicunq; intentat, simul etiam intendat, & quærat securã viam, quâ, victus ex tribunali elabatur. *Auct.*
Et prætoria & leges divitem fortunam reverenter habent, paupercula virgas lictorum ubiqvé timet. *Idem.*
Exarmata justitia coram potentia reorum dimisso è manibus suis gladio stetit, postquam auro res geri cæpit, ferrum emollitum est. *Idem.*
In foro non habet paupertas forum, dum illa preces, potentia adversùs eam admovet pretia. *Idem.*
Práwdá to, jákby śię konie bodły.
Majora veris monstra vix capiunt fidem. *Sen. in Troade.*
Incredibilia hæc nobis videntur, & supra naturam humanam excurrentia. *Idem ep.* 92.
— Dignum Thebano ænigmate monstrũ. *Martial. l.* 1. *epigr.* 90.

Hæc mihi ſi Delphos Dodonaq́; diceret ipſa,
Eſſe videretur fabula vana jaci. *Ovid.*
Nec tulit hæc, nec fert, nec feret ulla dies. *Idem.*
-- -- Nimijs turgent mendacia monſtris. *Claud.*
-- -- -- Veluti nigrantibus alis
Audiretur olor, corvo certante liguſtris. *Idem.*
Jam teſtudo volat, profert jam cornua vultur,
Memnonio cygnos eſſe colore putem. (*Ovid.*

Prawdá w oczy kole.

Me quoqvé, quòd monui benè multa fideliter, odit. *Ovid.*
Omnes nationes ad verũ nauſeant. *Paræm.*
Optimæ matris veritatis, proles peſſima, odium. *Auct.*
Veridicum omnibus neceſſe eſt eſſe inimicum. *Idem.*
Pupugit graviter ulcus cordis, qui vel leviſſimâ veritate expunxit amici vitium. *Idem.*

Po ujęciu broni, ſermierza poznáć.

-- -- -- Tanto fervore ruebat
In pugnam, ut natum ad ſola liqueret
Bella -- -- -- -- *Sil. l.* 15.

Desidis aurigæ non audit verbera curr9,
Nec manus agnoscit, quem non exercuit
arcum. *Claud.*

Jam clavum, totamqvé subit torquere carinam
Navita prolixo qui Dorida vicerit usu.
Sil. Ital.

Noster animus ad benè agendum ita roboratur, ut non tantùm rectè facere possit, sed nisi rectè, facere nō possit. *Sen.*

Ignorantia uno se motu suo prodit, peritia vix se suæ arti applicuit, & placuit, & profecit. *Auct.*

Prędzey się złe, niż dobre wierzy.

Prona timori semper in pejus fides. *Sen. in Herc. fur.*

Sed nos in vitium credula turba sumus. *(Ovid.*

Pejorum seminatores non difficilem in vulgo propagant fidem. *Auct.*

Mala fama populorum animis implantata facilem in credulitate radicem agit. *Id.*

Libentiùs ad latratum & gannitum obtrectantis, quàm ad tubam celebrantis famæ surrigi malevolam aurem. *Idem.*

Prośi nie prosząc. v. Przez zęby &c.

Ars est captandi, quod nolis, velle videri;
Né facias, optat; quod rogat, ut facias.
Mart. l. 11. epigr. 56.

Languidæ preces, & nimis frigida hortatio,

tatio, certissimum nolentis argumentũ amici, quod velle videbatur. *Auct.*

Coacta invitatio non multùm cogit; cui si obsequare, molestus; si intelligas, & dissentias, urbanus eris. *Idem.*

Przebarsćza, wykwintuje.

-- -- -- Tibi quærit inanes
Luxuries nocitura cibos, mihi donat inemptas
Terra dapes. - - - - *Claud. l. 1. in Rufin.*

-- -- -- -- Prodiga rerum
Luxuries, nunquã parvo contenta paratu,
Et quæsitorum terrâ pelagoq; ciborum
Ambitiosa fames. -- -- *Lucan. ad Pison.*

-- -- -- -- Quod terra, quod àér,
Quod pelagus, Nilusqvé dedit, luxusqvé perenni
Ambitione potens, toto quæsivit in orbe.
Luc. 12. Pharf.

Przećiw wodzie płynąć trudno.

Heu nihil invitis fas quenquam fidere divis! *Virg. 2. Æn.*

Tu nihil invitâ disces faciesq; Minervâ.
Oven.

Qui natat adverso celerãtis vortice fontis,
Lassabit rapidis robur inane moris. *Auct.*

Przed láty mądry. v. Młody, áleby &c.

-- -- Se pietas rudibus ostentat in armis,
Sic ætas animo cessit. -- -- -- *Claud. de 3. Cons. Honor.*

-- Gra-

-- Gravibus curis animum ſortita virilē,
Ignea longævo frænatur corde juventus.
Id. ibid.
Vicerat æquales, vultuq́; reliquerat annos,
Sola verecūda deerat prætexta decori. *Sil.*
Ingenium cœleſte ſuis velociùs annis
Surgit. -- -- -- -- -- *Claud. de Conſ. Hon.*
Parvus erat, manibusq́; duos Tirynthius angues
Preſſit, & in cunis jam Jove dignus erat. *Ovid.*
-- -- -- Neſcit idoneus
Tepere parvis ardor in artubus. *Ines.*
Neſcit ſub ipſis gloria faſcijs
Latere, formoſamqvé parvis
Invidiam coquit in medullis
Avita virtus. -- -- *Idem.*

Przed ſwiáty wyjeżdżáć. v. *Nie mow hup &c.*

Nunquam placuerunt, qui firmo corpori medicamenta infundunt, in futurosq́; morbos, ſollicitant ægritudinis cauſas. *Barcl.*

Non vendendam urſi pellem, quem nondum transfixeris. *Paræm.*

Nondum capra peperit, & jam capreolus per tecta ſaltat. *Paræm.*

Przepił cáły dźień, noc.

-- -- -- -- Voluitqvé Lyæo
Imbellem donare diem. -- -- -- *Sil. Ital.*

Dilui-

Diluitur poſito ſerior hora mero. *Ovid.*
In multo nox eſt pervigilata mero. *Id.*
Affuſo ſolidam fregerunt otia Baccho
Infinita diem. -- -- -- -- *Auct.*
-- -- -- Quodq; eſt de parte diei,
Exacti ſuper, ad menſas & pocula vertũt. *Sil. l. 12.*

Przerobi ſię to. v. Przeſtrzelęmy &c.
Sit licèt ille Minos, gravior ſit deniqvé Numâ,
Cedet. -- -- -- -- -- *Martial.*
Penelopen ipſam (*perſta modò*) tempore vinces. *Ovid.*
Iîdem, qui facimus, factam tenuabimus iram. *Idem.*
-- -- -- Territur rubigine mucro
Ferreus, & parvo ſæpè liquore ſilex. *Prop.*
Et amarores temporum domare patientiam, & retuſæ hebetisq; fortunæ pectus in favores acuere. *Auct.*

Przeſiliło mu ſię ſcześćie. (vit. *Virgil.*
Hîc primùm fortuna fidem mutata nova-
-- -- -- -- Perjura repentè
Hîc jam conatus omnes fortuna fefellit. *Auct.*
Ultimo jam proſperioris fati delapſꝰ gradu, ubi eluctata deſideria, culmen ſuũ obtinere ſperabant, in infimam dejecta ſortem, humi jacuêrunt. *Idem.*

Przeſkrobał.

-- Puer incautis nimiùm temerariꝰ auſis Altiùs egit iter, deſeruitq́; viam. *Ovid.* 2. *Met.*

Offendi pacatiſſimam aliàs bonitatem; in quam nimia licentia petulantiùs peccat. *Auct.*

Extra cancellos modeſtiæ proſiliens temeritas, nunquam ſinè offenſione & ſui, & aliorum revertitur. *Idem.*

Dicaces mimi nunquam ſalibus ſuis aliorum mores petulantiùs perfricuerunt, quin læſiſſent. *Idem.*

Przeſtrzelęmy to. v. *Przerobi się to.*

Nemo duraret, ſi rerum adverſarum eandem vim aſſiduitas haberet, quam primus ictus. *Sen. c. 9. de Tranqu.*

Cujus rei incertus eventus eſt, id, ut aliquando fiat, ſæpè tentandum eſt. *Id. epiſt.* 80.

Ipſe licèt ſperare vetes, ſperabimus; atq; Hoc unũ fieri te prohibente poteſt. *Id.*

-- Et tauri cervix oneratur aratro;
Frænaqvé magnanimi dente teruntur equi. *Ovid.* (4. *lyr. O.* 13.

Duræ cedet hebes ſors patientiæ. *Sarb. l.*

Przez świętych do niebá.

Ut Sejano quiſquam intimus, ita ad Cæſaris amicitiam validus. *Tacit.* 1. *Ann.*

Principum mos eſt, per intimæ admiſſionis miniſtros loqui, per eos audire, per eos exaudire. *Auct.*

Foris ſupplicum preces, & ad limina Regum hærebunt, niſi eas clientium & charorũ Principi, favor intulerit. *Id.*

Przez zęby obiecywáć.

Vix labra diduxit, & ingratior fuit, quàm ſi tacuiſſet. *Sen. l. 2. c. 24. de Benef.*

Promiſit, ſed difficulter, ſed ſubductis ſupercilijs, & malignis, & vix exeuntibus verbis. *Id. ibid. c. 7.*

-- -- -- Tacitèqvé ad talia muſsans,
Obliquare oculos, tandemq́; ſilentia movit. *Sil. l. 1. Theb.*

Przyjaćielá w okázyi poznáć. v. *W okázyi &c.*

Poſcunt ſecunda fidem, adverſa exigunt. *Sen. in Agam.*

Detrahit amicitiæ majeſtatem ſuam, qui illam parat ad bonos caſus. *Id. epiſt. 19.*

Major eſt amor, qui pari periculo minus redimit. *Id. c. 17. ad Helv.*

Cùm Deus intonuit, non ſe ſubducere nimbo,
Id demùm eſt pietas, id ſocialis amor. *Ovid.*

Theſea Pirithoꝰ non tam ſenſiſſet amicũ
Si non infernas vivus adîſſet aquas. *Id.*

Care

Care quidem semper, sed tempore cognite duro,
Fortunæ postquā procubuêre meæ. *Id.*
Te mea, supposità veluti trabe, fulta ruina. *Idem.*
-- -- Pietas spectata per ignes. *Ovid.*
Hìc locus officio, cùm cessant prospera, cùmqvé
Dura ad opem fortuna vocat. -- -- *Sil.*
Przykład dobry siła złych náprawi. v. *Jáki Pan &c.*
-- -- -- -- Tunc observantior æqui
Fit populus, nec ferre negat, cùm viderit ipsum (*Cons. Honor.*
Auctorem parere sibi. -- -- -- *Claud. de 4.*
Nobiliora tenent animos exempla pudicos. *Id. ibid.*
Nemo suos (*hæc est aulæ natura potentis*)
Sed Domini mores Cæsarianus habet. *Martial. l. 9. ep. 91.*
Nunquam inutilis est opera civis boni, auditu enim, visu, vultu, nutu, obstinatione tacitâ, incessuq́; ipso prodest. *Sen. c. 3. de Tranqu.*
Vita Principis censura est, eaq́; perpetua; ad hanc dirigimur, ad hanc convertimur: nec tam imperio nobis opus est, quàm exemplo. *Plin. Pan. Traj.*
Vespasianus antiquo ipse cultu, victuqvé:

obſeqvium indè in Principem, & æmulandi amor, validiora, quàm pœna ex legibus, & metus. *Tacit. l. 3. Ann.*

A capite bona valetudo, indè omnia vegeta ſunt, atq; erecta, aut languore demiſſa, prout animus eorum viget, aut marcet. *Sen. l. 2. c. 2. de Clem.*

Ex unius pictura plurimorum animos effingi poſſe. *Barcl.*

Przykład zły naylepßego zepſuje.

Nullum ſcelus ſinè exemplo fuit. *Sen.*

-- -- -- -- Prælia miles
Pompejo fugiente timet. -- -- *Lucan.*

Exemplis trahimur, vel trahimus retrò :
Soli nemo ſibi eſt malus. *Sarb.l.4.lyr.O.*1c
-- -- -- Poſtero
Turbam turba premit gradu,
Sunt primi exitio ſæpè ſequentibus. *Id.ib.*

More pecudum vivimus, gregem antecedentium ſequentes, non quò eundũ eſt, ſed quò itur. *Sen*

Speciosa ſunt crimina, quæ purpura nutrit & commendat. *Auct*

Przy Kościele ma diaboł kapliczkę.

Delituit vitium proximitate boni. *Ovid*
Terra ſalutiferas herbas, eadẽq; nocentes
Nutrit, & urticæ proxima ſæpè roſa. *Id*
-- -- Lolium tribuliqvé fatigant
Triticeas meſſes, & inexpugnabile gramẽ
Ovid. 3. Met. Jupi

Jupiter utilibus quoties rigat imbribus agros,
Mixta tenax ſegeti creſcere lappa ſolet. *Idem.*

In agro, quod ſegeti proſciſſum eſt, aliqui flores internaſcuntur. *Sen. c. 9. de vita beata.*

Fertile damnum urtica in optimo agro fatigat jugera. *Barcl.*

Inter magnas virtutes & maxima vitia parva ſunt confinia. *Theſaur.*

Przynaymniey śię ná płákáć, uſkárżyć.

-- Amant miſeri lamenta, malisqvé fruuntur. *Sil.*

Lachrymas lachrymis miſcere juvat:
Magis exurunt, quos ſecretæ
Lacerant curæ. -- -- *Sen. in Agam.*

Flere licet, certè flendo diffundimus irã. *Ovid. ep. 8. Her.*

Eſt aliquid, fatale malum per verba levare. *Idem.*

-- -- -- Eſt quædam flere voluptas:
Expletur lachrymis, eggeriturq; dolor. *Id. l. 3. Triſt.*

-- -- -- Rabidis pulſare querelis
Cœlicolas, ſolamen erit. -- -- -- *Stat.*

Przyſzło ná orzech. v. *Tu ſęk.*

Ut in illa venias, per hæc exeundum eſt. *Sen. c. 18. ad Marc.*

In regnum fortunæ, & quidem durum atqve invictum pervenimus; illius arbitrio digna atq; indigna passuri. *Id. ibid. c.* 10.

Frustrà jactatur collum, ubi jam fortuna jugo inclinavit caput, & jugum aptat: ferenda est fati necessitas. *Auct.*

Przy winnem y niewinnemu śię dostánie. v. *W jednem dole &c.*

-- Immensæ veluti connexa carinæ,
Cùm sævit hyems, pro parte furentes
Parva receptat aquas, & eodem volvitur Austro. *Stat.*

Vehit ista Danaos classis & Troas simul. *Sen. in Agam.*

Inter vicinos malos, si bonus quoq; aret & seminet, postquàm tempestas ingruerit, eâdem grandine illius ager & segetes verberantur, quæ sodalium messem decussit. *Auct.*

Psie głosy, nie idą w niebiosy. v. *Pies szczeka &c.*

Humanæ nunquam superos tetigêre querelæ,
Nec vaga securum penetrant convicia cœlum. *Claud.*

Æquo animo audienda sunt imperitorũ convicia, & ad honesta vadenti contemnendꝰ est iste contemptꝰ. *Sen. ep.* 76

Eodem loco esse voces imperitorum, quo ventre redditos crepitus; quid enim meâ refert? sursùm isti an deorsùm sonent. *Id. ep.* 91.
-- -- -- -- Ite profanæ,
Ite preces, & vota, suus quæ polluit auctor. *Barcl.*

Psu oczy przedał. v. Oczy psu &c.
Depuduit, profugusq; pudor sua signa reliquit. *Ovid. ep.* 4. *Her.*
Hosce pudoris stemmata, non solent profligatæ vitæ hominum vultus pingere. *Auct.*
Assiduis vitijs depudere didicerat. *Sen.* c. 12, *de Tranqu.*
Gnarus meliorum, & quæ fama virtutem sequeretur, tristiora malle. *Tacit.* 4. *An.*
-- -- -- Perijt jus, fasqve, bonumqve,
Et vitæ mortisq; pudor. - - - *Stat. l.* 1. *The.*
-- Perfricuit frontem, posuitq; pudorē. *Martial. l.* 11. *ep.* 28.
Cui fœminea nequitia ad audendum omnia, &
Virile robur, nulla famæ memoria est. *Sen. in Med.*

Pułgębkiem jeno przećię.
Cautiùs ista, viris tamen obijcienda memento. *Virgil.*
Disce verecundo, sanctiùs ore loqui. *Mart.*

Modeſtiùs honeſtati proborum inſpergendas eſſe verborum maculas, quas difficulter exterſeris. *Auct.*

Procaces linguas ad aliorum famam ictibus calumniarum temerandam, optimè fræno verecundiæ cohiberi. *Idem.*

Puſzczay, kiedy śię ták bárdzo wydziera.

Fruſtrà tenetur ille, qui ſtatuit mori. *Sen. in Herc. Oëtæo.*

Occidere eſt, vetare cupientem mori. *Id. in Theb.*

In perire deſtinatos inconſulta eſt miſeratio. *Idem.*

Properantem in ſua pericula, ſi diù & fruſtrà abſtrahas, da impetum dementiæ, & mitte, ut fortiùs à manu tua ruat. *Auct.*

Q.

QVaſi, quaſi, *nic nie wazy.*

Quaſi theſaurum inveneram, dicit mendicus: ſi quaſi non eſſet, mendicꝰ non eſſet; ſed quia quaſi erat, mendicus eſt. *S. Aug. l. 8. in Pſ. 28.*

Qui ſomnium indicat, addit: quaſi dicebam; quaſi prandebam; quaſi loquebar; quaſi equitabam; quaſi diſputabam. Totum quaſi, quia cùm evigilaverit, non invenit, quod videbat. *Id. ib.*

Rácyby

R.

RAczby się go nie jęli. (nula,pejor,
-- Sordidior nulla est, quám hæc, pæ-
Calceus est sartâ terq; quaterq; cute.
Mart. l. 1. *epigr.* 103.
Tam pauper, quàm nec miserabilis Irus.
Id. l. 6. *epigr.* 77.
Quem non lacernis Publius miser vincit,
Nec ipse Codrus alpha pænulatorum. *Id. l.* 2. *epigr.* 57.
Nîl habet infelix paupertas durius in se,
Quám quòd ridiculos homines facit. *Juv. Sat.* 3.
-- -- -- Ruptâ calceus alter (sum,
Pelle patet, brachijs consuto vulnere cras-
Atq; recens linum ostendit non una cicatrix. *Id. ibid.*

Rad nie rad musisz. v. *Co muszę &c.*
Liber, & ipsi mihi probatus, anteibo periculum. *Tacit.*
-- -- -- Nec turpe puto, (*Troad.*
Quidquid miseros fortuna jubet. *Sen. in*
Sic animum componamus, ut quid res exigat, id velimus. *Sen. epist.* 61.
Instant officio nomina multa tuo. *Ovid.*
Morêre quàvis currere, pervicax
Fortuna fractis passibus ingredi
Coget labantem; sicqvé debes.

Imparibus pariter trahentem
Sequi tyrannam viribus impotens. *Auct.*
Rad że głupi, że ládá co.
-- -- Ipſo ſceleris molimine Tereûs
Creditur eſſe pius, laudemq; à crimine ſumit. *Ovid. 6. Met.*
Proſperum & felix ſcelus,
Virtus vocatur. -- -- *Sen. Herc. fur.*
Inepta gloriatio eſt, ex malefactorum probro laudes & laureas velle obtinere. *Auct.*
Pudoribus criminum, quæ verecundatur modeſtia, perfricta frons, tanquàm optimis characteribus inſoleſcit. *Id.*
Rády ſobie dáć nie umie. v. Ani mię tám &c.
Rector in incerto eſt, nec quid fugiatvé, petatvé,
Invenit, ambiguis ars ſtupet ipſa malis. *Ovid. 1. Triſt. el. 1.*
Nîl ratio & uſus audet in magnis malis:
Tenet horror artus; omnis officio ſtupet
Navita relicto, remus effugit manus. *Sen. in Agam.*
- - Ut ſtat, & incertus, quà ſit ſibi eundũ,
Cùm videt ex omni parte viator iter;
Si quà poſſe datur. &c. - - *Ovid. 5. Faſt.*
Rátuy kto ſáſkaw, v. Teraz teraz &c.
-- -- O pauci rebus ſuccurrite læſis!
Et date naufragio littora tuta meo! *Ovid.*
Quan-

Quanta potes, præbe monumenta noſtræ ſaluti. *Idem.*

Et ſi quæ dabit aura, ſinũ jactate rudentes;
Exeat è Stygijs ut mea navis aquis. *Id.*

Fer cœlo auxilium, & feſſis da ſurgere rebus. *Sil.*

Conſulite extremis anguſto in tempore rebus. *Lucan.*

Raz gody, drugi raz głody. v. *Nie záwſze złote &c.*

Non habet officiũ Jupiter omnis idẽ. *Ovi.*

Nunquam Deos ſinè mixtura aut propitios, aut triſtes adeſſe. *Barcl.*

Lamenta lætis anxia riſibus,
Crudæqvé lætos triſtitiæ jocos
Fortuna nectit. -- -- -- *Auctor.*

Sereniſſimis aliàs diebus ſuas obrepere nebulas, & amœnas rerum facies repentino fortunæ nubilo tenebratas vidimus. *Idem.*

Raz powinąwſzy nogę, trudno śię popráwić.

Semel profectò premere felices Deus
Cùm cæpit, urget. - - - *Sen. in Herc. Oétæo.*

Quiſquis medium defugit iter,
Stabili nunquam tramite curret. *Id. ibid.*

Jure quodam, & veluti privilegio, fultæ calamitates abutuntur miſerorum ſorte, ut poſtquàm ſemel contingat aliquem cadere, non ampliùs eum aſſurgere patiantur. *Auct.*

Si

Si in primo gradu offendas pedem, nec properè, nec proſperè ad ſcopum tuarum intentionum venies, claudicante ſemper celeritate tardus. *Idem.*

Rękawá ſobie urwáć nie da.

Silenus, quamvis nemo vocaret, adeſt. *Ovid. 3. Faſt.* (*Venerat ille ad Sacra Cybeles, non invitatus, & indè Paræmia.*)

Non ſervio materiæ, ſed indulgeo, quæ quò ducit, ſequendum eſt, non quò invitat. *Sen. l. 5. c. 1. de Benef.*

Violentare ad eſum ſpontaneam famem ſupervacaneum eſt, quæ ipſo nidore culinæ attrahi ſolet. *Auct.*

Et non invitati ſe ipſos frequenter invitant. *ex S. Ambroſio.*

Rey wieść. v. Rownia mu &c.

Sed tantùm virtus alios tua præterit omnes,
Ante citus, quantùm Pegaſus ibat equos. *Ovid. 4. de Ponto.*

Excelſus medio conſpectus in agmine Cæſar. *Luc. 1. Pharſ.*

Ipſe inter primos præſtãti corpore Turnꝯ
Vertitur arma tenens, & toto vertice ſuprà eſt. *Virg. 7. Æn.*

-- Celſumq; caput ſuper agmina tollit. *Sil. l. 3.*

Rezolut. v. *Odważny.*

-- -- -- Tot conflictantia rebus
Corda viri manſêre gradu, rebusq; retu-
Si fractus illabatur orbis, (ſis. *Sil.*
Impavidum ferient ruinæ. *Horat. l.* 3.
-- -- -- Magnum ex alto
Culmine lapſum, ſtabilem in plano
Figere greſſum: magnum ingenti
Strage malorum preſſum, fracti
Pondera regni non inflexâ cervice pati.
Sen. in Thyeſte.
Inconcuſſa tenens dubio veſtigia mundo.
Lucan.

Adeò comparatus in caſus; ſeu ipſe, ſeu ejus fortunæ laborarent, ut omnium victor conſtantiſſimâ hilaritate diſcederet. *Barcl.*

Robi głową.

-- Animum celerem nunc hùc, nunc dividit illùc,
In partesqvé rapit varias, perqvé omnïa verſat. *Virg.* 7. *Æn.*
-- -- Senſu dolor hæret in alto
Abditus, & tacitas vindictæ præſtruit iras. *Claud. l.* 2. *in Eutr.*
Ultricesqvé Deæ dant in nova cæpta furorem. *Lucan.* 6. *Pharſ.*
-- -- Iras cum fraude coquebat. *Sil. Ital.*
-- Dirumq; nefas ſub corde volutat. *Idem.*

-- Præ-

-- Præcipuis mentem ſudoribꝰ urget. *Sil.*
-- -- -- -- Cæpta fatigat
Pectore conſilia. -- -- -- -- *Stat.*
-- -- -- -- Impia captis
Mentibus illapſæ verſant incendia diræ.
Lucan.

Rownia mu nie maſʒ. v. *Brátá ſobie nie ma.* v. *Rey wiedzie.*

Celſior ô cunctis, uniq; æquande Camillo. *Claud. de bello Get.*
Cùm vectaris equo, ſimulacraqvé Martia ludis, (po
Non te Maſsagetæ, non gens exercita cam-
Theſsala, non ipſi poterunt æquare bimembres. *Id. de 4. Conſ.* Honor.
Nobilitant veteres Germanica fœdera Druſos, (empta,
Marte ſed ancipiti, ſed multis cladibus
Hoc tibi dat Stiliconis iter. - - - *Id. ibid.*
Poſt Decij lituos, & nulli pervia culpæ
Pectora Fabricij, donis invicta vel armis;
Plena datur Curio pulſi victoria Pyrrhi:
Quantò majus opus ſolo Stilicone peractum? *Idem ibid.*
Cedant Druſe tui, cedāt Trajane labores;
Veſtra manus dubio quidquid diſcrimine geſſit,
Tranſcurrēs egit Stilico, totidemq; diebꝰ
Edomuit Rhenum, quot vos potuiſtis in annis. *Id. l. 1. de laud. Stil.* Invi-

-- Invidiam cœlo, divisq; ferebat. *Sil. It.*
Nec tibi par usquam, Phrygio nec solis ab ortu. *Ovid.*

Rozbiegáły śię kołká, trudno hámowáć.

Si cæperit impetus ferre transversos, difficilis ad salutem recursus. *Sen. l.* 1. *c.*8. *de Ira.*

Facilis in proclivia vitiorum decursus est. *Id. ibid. l.* 2. *c.* 1.

Difficilis est disciplina & correctio, jam incorrigibiliter malorum, & ex destinato peccantium. *Auct.*

In malam consuetudinem obduratis lapidescere corda, nec scire, nec posse aliquâ arte in virtutem erudiri. *Idem.*

Laxa jam insolentia, & liberè vagata, nullo fræno capi, nullo retineri potest, si primo rapiatur impetu. *Idem.*

Rozdrażnić. v. *Dmuchnąć &c.*

-- -- Veluti pastoris in ora
Commotæ glomerantur apes, qui dulcia raptu (tendunt,
Mella trahit, pennasq; cient, & spicula
Et tenuis laxi per propugnacula cinctæ,
Rimosam patriam, dilectaq; pumicis antra
Defendunt, pronoqve favos examine velant. *Claud. l.* 2. *in Ruf.*

Non

Non possunt totâ non excandescere bile,
Postquàm verbosis tumuerunt corda venis. *Auct.*
Rozgárdyáß. v. *Ley przeley.*
Instituunt de more epulas, festamqvè per urbem
Regificè structis celebrant convivia mensis. *Sil. l.* 12.
Tecta parāt epulis,ostroq́; refecta corusco,
Humida gemmiferis illuxit regia mensis. *Claud.*
Certatim instaurant epulas, atq́; omine magno
Crateras læti statuunt, & vina coronant. *Virg.* 7. *Æn.*
Postquàm prima quies epulis, mensæqvé remotæ,
Crateras magnos statuunt, & vina coronant:
Fit strepitus tectis,vocemq́; per ampla volutant
Atria. -- -- -- -- -- *Id.* 1. *Æn.*
Ditibus indulgent epulis, vacuantqvé profundo
Aurum immane mero. - - - *Stat.l.*4.*Theb.*
Æra fremunt, spumat multo cratere vocatum
Numen. -- -- -- -- -- *Id. ibid.*

Rozgę ná śię podáć. v. *Sam ſobie winięn.*
-- - Opifex tauri, tormentorũq; repertor,
Qui funeſta novo fabricaverat æra dolori,
Senſit opus, docuitq; ſuum mugire juvencum. *Claud.*
Hæc eſt agricolæ meſſis iniqua ſuo. *Ovi.*
Fulmina de cœli jaculatus Jupiter arce,
Vertit in auctores põdera vaſta ſuos. *Id.*
-- -- -- Diræ conditor artis,
Ipſe ſuo moriens immugit flebile tauro. *Sil. Ital.*
-- Proprijs aperit mala Pergama fatis. *Id.*
Ignem, tu cujus ſcintillas ipſe dediſti,
Flagrantem latè, & rapientem cuncta, videbis. *Juven.*
-- -- -- Nos cunctantia fata
Verſamus, cæcas peccando accendimus iras. *Barcl.*
-- -- -- -- -- Fecit,
Ut caderet cultu cultor ab ipſe ſuo. *Ovi.*
Rozmyśl śię. v. *Mojá rádá &c.*
Si piget, in primo limine ſiſte pedẽ. *Ovi.*
Hîc tuus incipiens ire, reſiſtat eqvus. *Id.*
Quò ruitis? Danai ventos audite vetãtes:
Quò ruitis? veſtras quisq; redite domos. *Id. ep. 13. Her.*
Dum licet, Argolicæ vertite vela rates. *Idem ibid.*

— — — Deus ecce furentibus obſtat,
Ecce Deus. — — — — — *Stat. l. 4. Theb.*

Rozum ják brzytwá. v. *Młody áleby &c.*

— — — Non ocyùs hauſit Achilles
Semiferi præcepta ſenis, ſeu cuſpidis artes,
Sive lyræ cantus, medicas ſeu diſceret herbas. *Claud. de 3. Conſ. Hon.*

Ingenium cœleſte ſuis velociùs annis. *Id.*

Rozum odbieży człeká, kiedy Pan Bog ma kogo ſkáráć.

— — Miſeros prudentia prima relinquit,
Et ſenſus cum re, conſiliũq; cadit. *Ovid.*

— Fracta toto puppis Jonio natat;
Nîl ratio & uſus audet, in magnis malis. *Sen. in Agam.*

S.

SAm niewie, czego mu ſię chce. v. *I chce &c.*

— Animum celerem nunc hùc, nunc dividit illùc,
In partesqvé rapit varias, perqvé omnia verſat. *Virg. 7. Æn.*

Sunt quidam, quibus etiam mel, morbi vitio amarum videatur. *Sen. ep. 15.*

Plerosq; nihil certum ſequentes, vaga & inconſtans, & ſibi ipſi diſplicens levitas per nova conſilia jactavit. *Idem c. 1. de vitæ brev.*

Fluctu-

Fluctuamus, atq; aliud ex alio comprehendimus: petita relinquimus, relicta repetimus: alternæ inter cupiditatem noſtram & pœnitentiam vices ſunt. *Id. de Otio Sapien.*

Et libet, & timeo, nec adhuc exacta voluntas. *Ovid.*

-- -- -- -- Utqvé ſecuri
Saucia trabs ingens, ubi plaga noviſſima reſtat, (timetur;
Quà cadat, in dubio eſt, omniq; à parte
Sic animus magno labefactus vulnere nutat. *Id. Met. 4.*

-- Incertæ multa eſt diſcordia mentis. *Id.*

Nîl fixum cordi, pugnant audere, paventqvé. *Sil.*

Nutat omne conſilium, nec implere nos ulla felicitas poteſt. *Sen.*

ambyś nie lepſſy byl. v. *Inſſych náuczacie &c.*

Quod tu, quod faceret quilibet, ille facit. *Ovid.*

Multorum, quia imbecilla ſunt, latent vitia, non minùs auſura, cùm illis vires ſuæ placuerint, quàm illa, quæ jam felicitas aperuit. *Sen. ep. 13.*

Proſtitutus jam ad quæ enormia animus, rigidus eſt adversùs tyrones nequitiæ, cenſor. *Auct.*

Aliorum crimina noſtris ſunt ſemper af-

 finia,

finia, & tamen velut aliena severã crisi libenter castigamus. *Idem.*
Errores sunt socij vitæ humanæ; & siquidem in hac pessima societate à nobis vivitur, alios ut pejores, iniquè culpabimus. *Idem.*
Det ille facile veniam, qui veniâ indiget. *Sen. in Agam.*
Sam sobie winien. v. *Rozgę ná śię &c.*
Heu mihi! præceptis torqueor ipse meis. *Ovid.*
In mea fata rui. -- -- -- -- *Idem.*
Sam sobie gędźie, sam sobie rad będźie.
Ipse chorus fuerat, ipse choraula tibi. *Mart. l. 2. ep. 4.*
Unicus, isq; frequens actus & actor erat. *Auct.*
Ipse theatrali pompã magnoq; paratu
Scena sibi & magnus ludimagister erat. *Idem.*
Sam sobie nie wierźę jeszcze. v. *I wierzę, y &c.*
Utq; reformidant insuetũ lumina solem;
Sic ad lætitiam mens mea tristis erat. *Ovid. 3. Trist.*
Hæret adhuc animus, manifestaqvé gaudia differt,
Et stupet, & tanto cunctatur credere voto. *Claud.*
Ub

Ubi læta duris miſta in ambiguo jacent,
Incertus animus, ſcire cùm cupit, timet.
Sen. in Oedipo.
Proprium hoc miſeros ſequitur vitium;
Nunquam rebus credere lætis:
Redeat licèt fortuna felix, gaudere piget.
Id. in Thyeſte.

Stupendorum ea eſt conditio, ut ſuis etiam ſpectatoribus ægrè ſe probent. *Gyges Gallus.*

Sámopás błąkáć śię, chodźić.

Sic vacui rectoris equi, ſic orba magiſtro,
Fertur in abruptum, caſu non ſidere puppis. *Claud. l. 2. in Eutr.*
-- Erramus, vento hùc & fluctibus acti.
Virg. 1. Æn.
Per nemus ignotum non certis paſſibus errat. *Ovid. 3. Met.*

Diſcincta in omne nefas petulantia vaga eſt, & libenter per ſuos errores palabunda agitur. *Auct.*

Sámo śię dobre chwali.

-- -- Virtus pretium ſibi, ſolaq; latè
Fortunæ ſecura nitet, nec faſcibus ullis
Erigitur, plauſuq; petit clareſcere vulgi,
Nîl opis externæ cupiens, nîl indiga laudis,
Divitijs animoſa ſuis. -- -- -- *Claud. de Conſ. Mallÿ.*

Placet suâpte naturâ, adeòq; gratiosa virtus est; ut insitum sit, etiam malis probare meliora. *Sen. l. 4. c. 17. de Benef.*

Etiam à pessimis, licèt non amari, probari tamen virtutem. *Auct.*

Sámo się złe o Bożą mękę rozbije.

Malitia ipsa maximam partem veneni sui bibit. *Sen. epist. 80.*

Suūq; lambens sanguinem impietas ferox,
Errorqvé, & in se semper armatus furor. *Id. in Herc. fur.*

Rarus funesto fur sinè fune perit. *Oven.*

-- -- -- Vigilant in omnes
Fulmina culpas. *Sarb. l. 4. O. 36.*

Instat semper atrox ultio crimini,
Nec Nemesis brevem cedit supplicio moram. *Avanc.*

-- -- Semper supplicium propè
Grandis culpa trahit. *Idem.*

Quas architectatur sagittas,
In propriam furiat ruinam. *Idem.*

-- -- -- -- Ultricia sontes
Fata vocant, subitisq; dies intercidit umbris. *Barcl.*

Sen mara, Pan Bog wiara.

Sollicitos vanâ decepit imagine somnus. *Luc. l. 3. Pharf.*

Somnia fallaci ludunt temeraria nocte,
Et pavidas mentes falsa timere jubent.
Tib. l. 3.
Ite procul vani, falsumq; avertite visum;
Desinite in votis quærere velle fidem.
Id. ibid.
Et cùm te fusco somnus velabit amictu,
Vanū nocturnis fallet imaginib9. *Id. ib.*
Somnia prênsamus vanas fingendo Chimæ-
Senku ná oczách nie mieć. (ras. *Paling.*
Insomnes longo veniunt examine curæ.
Claud. in Ruf.
Non mihi grata dies, noctes vigilantur a-
maræ. *Ovid. ep. 12. Her.*
Ignes ipse suos nutrit curâ removente so-
porem. *Id. 6. Met.*
Nec fruitur somno, vigilantibus excita
curis. *Lucan. 5. Pharf.*
-- -- -- Damna fugacium
Plerumqvé curarum reponunt
Pervigiles sinè nocte somni. *Sarb. l. 3. O. 18*
Serce mię ná to boli. (*Auct.*
Talibus admissis corde dolente premor.
Fervens difficili bile tumet jecur,
Et nec mens mihi, nec color
Certâ sede manent. -- -- *Horat. l. 1. O. 13.*
Propter me mota est, propter me desinat
ira. *Ovid. 3. Met.*
Ingentes animo, dignas Jove concipit iras.
Id. 1. Met.

Non poſſum totâ non excandeſcere bile. *Oven.*

Hæc mihi per læſas inaceſcunt acta medullas. *Auct.*

Serce nie chłopiec.

Honeſta ſequi volentibus affectus ſæpè contumaciter parent. *Sen. l. 2. c. 18. de Ben.*

Natura illorum (*ſcil. affectuum*) eſt ſurda, ſuadent. *Id. ep. 85.*

Affectus, quantuscunq; eſt parere neſcit, conſilium non accipit. *Idem ibid.*

Vis agere, nè velim? non efficies, ut posſim nolle. *Idem ibid.*

Contumax natura eſt, non poteſt vinci, ſuum poſcit. *Idem.*

Velle non diſcitur. *Idem.*

Affectus ferox eſt, & ad omne remedium contumax. *Id. c. 16. ad Helv.*

Serce tám pátrzy, gdźie oko nie może.

-- -- -- Et quæ natura negavit
Viſibus humanis, oculis ea pectoris hauſit. *Ovid. 3. Met.*

Et quò non poſſum corpore, mente feror. *Idem.*

Et quò non oculis, itur amoribus. *Incs.*

Serdyt, á nie duż. v. Nie káżdy kąſa &c.

Ambitioſus & audax, ſed vitio naturæ invalidus. *Gramm.*

Nihil difficile eſt non facturo, nec facturo facile. *Idem.*

Nihil infirmum imbecilli, & fragili nihil invictum. *Idem.*

Furor videtur, ſed caret impetu. *Avanc.*

-- -- Præcipitem rapit inconſulta volũtas,
Quâq; negat vires, hâc jubet ire viâ.
Maßen.

Magìs ferocit ille, qui poteſt minùs. *Auct.*

Audacia temeritatis eſt filia, temeritas proles ignaviæ. *Idem.*

Eſt absq; forti iſte impetus impetu. *Id.*

Sekret w tym jákiś. v. *Bog.*

Non hæc incaſſum, divisqvé abſentibus acta. *Stat.*

Haud equidem ſinè mente reor, ſinè Numine divûm. *Virgil.*

-- Nunquam mihi falſa per umbras
Juno venit. -- -- -- -- -- *Stat.*

O ſemper tacitâ ſortes ambage malignæ!
Claudian.

Siánem śię nie wykręciß. v. *Nie wykręciß &c.*

Tu licèt erroris crimen ſub imagine obumbres,
Non potes te à culpa dicere abeſſe tua.
Ovid.

Spes nulla monſtrat rebus afflictis viam.
Sen. in Med.

 Ven-

Ventum eſt inter pedicas & tendicula, hæſimusq; illaqueato pede. *Auct.*

Lapſi in decipulam mures fruſtrà exitum tentant. *Idem.*

Siłá to ná ćiebie.

-- -- Et ſecum petulans amentia certat. *Claud. l. 1. in Eutr.*

Magna petis Phàéton, & quæ non viribus iſtis

Munera conveniunt. - - - - *Ovid. 2. Met.*

Sors tua mortalis: non eſt mortale, quod optas. *Id. ibid.*

Plus etiam, quàm quod ſuperis contingere fas eſt,

Neſcius affectas. -- -- -- -- *Id. ibid.*

-- -- -- Pænam Phàéton pro munere poſcis. *Id. ibid.*

-- -- -- Sed tu ſapientiùs opta. *Id. ibid.*

Siłá złego, dwá ná jednego.

Plus poteſt quamvìs mediocrium turba, quàm poſſet unius magni violentia. *Sen. ep. 85.*

Non caret effectu, quod voluêre duo. *Ovi.*

Et quæ nō poſſunt ſingula, plura nocēt. *Id.*

Fit citò per multas præda petita manꝰ. *Id.*

-- Plus lædunt, quàm juvat una, duæ. *Id,*

Etiam ipſi, quia derelicto à dijs ſodalibꝰ Jovi, gravis exercitꝰ Gigantū fuit. *Auct.*

Satìs exile genus veſpæ & apes, & tamen Hercu-

Herculem quoq; fugabunt, si toto examine frontem illius involent, & aculeis figant. *Idem.*

Generosissimi alioquin equi latebras & umbram quærunt, ubi se ab imbelli multitudine, & spiculo muscarum abscondant. *Idem.*

Skończył szczęśliwie.

-- -- Optato collegit carbasa portu. *Stat.*

Contigimus portum, quò mihi cursus erat. *Ovid.*

Optatus ille portus ærumnis adest. *Sen. in Agam.*

-- -- -- Hæc nos suprema manebant,
Exitij positura modum. - - - *Virg.l.7.Æn.*

-- Rostra tenent siccum, & sedère carinæ. *Id.* 10. *Æn.*

Vela legunt socij, & proras ad littora torquent. *Id.* 3. *Æn.*

-- -- -- Portum tetigêre carinæ
Puppibus, & læti nautæ imposuêre coronas. *Id.* 4. *Æn.*

Ecce coronatæ portum tetigêre carinæ
Trajectæ Syrtes, anchora jacta mihi est. *Propert. l.* 3.

Jam mea votivâ puppis redimita coronâ,
Læta tumescentes æquoris audit aquas. *Ovid.*

Slawny,

Sławny, chwalebny, głośne imię iego.
--- Illum nec ventura ſilebunt
Luſtra, nec ignota rapiet ſub nube vetuſtas. *Claud.*
-- Habes aditũ manſura in ſæcula famæ:
Vivet, & à nullo tenebris damnabitur ævo. *Lucan.*
Magna equidem rumor de te præconia fecit. *Ovid.*
-- -- -- Tranſtulit aureo
Sculpenda cœlo nomina, quæ procul
Memnonqvé & auræ rubentis
Regna legant, medijsqvé veſper
Miratur aſtris. -- -- -- *Sarbiev.*
Illum per populos gloria differet,
Bigis gloria candidis,
Et ſeris recinet fama nepotibus. *Idem.*
Te coronatis Cynoſura bigis
Per triumphalis vehet alta cœli,
Te per ignitum jubar, & pudicas
Memnonis arces. *Ines.*
-- -- -- Te reſonabilis
Vectat remotas fama per inſulas,
Te rumor, & clamata totis
Americes Aſiæqvé regnis,
Narrat trecentis gloria portubus. *Kanon.*
Pars mundi tibi nulla vacat, ſed tota tenetur (phæis. *Lucan.*
Terra tuis, quocunq; jacet ſub ſole, tro-
Mul-

Multa virum meritis ſuſtentat fama trŏphæis. *Virgil.*

Słodko pámiętáć, co było gorzko cierpieć.

Gaudia præmiſſi cumulant inopina dolores. *Claud. de bell. Get.*

Dulce loqui miſeris, veteresq́; reducere queſtus. *Sil.*

Inq́; vices adita, atq́; exhauſta pericula pugnæ
Commemorare libet. -- -- -- *Idem.*

-- -- Edomitos exſudatosq́; labores
Reſpexiſſe libet. -- -- -- -- *Idem.*

-- Amant miſeri lamenta, malisqvé fruuntur. *Idem.*

Flebile principium melior fortuna ſecuta. *Claud.*

Ærumnarum exilium, chara deliciarum patria eſt. *Auct.*

Acerba medîcina eſt, ſed delectat, dum ſanat. *Idem.*

Nihil tam amarum eſt, quod in alvum patientia non demittat, & conſumptâ acerbitate ſe in lætitiã non vegetet. *Id.*

Słowá márnego nikomum nie rzekł. (*l.* 3.

Extat adhuc nemo ſaucius ore meo. *Tib.*

Tu velut Æbalijs habites taciturnus Amyclis,
Aut tua Sigalion Ægyptius oſcula ſignet,
Obnixum Pauline taces. - - - *Auſon. epiſt. ad Paulin.*

--- Quid

-- Quid enim loqueretur Achilles?
Aut quid apud magnum loquereris Achillem? *Stat.*

-- -- Timidum non me perjuria terrent,
Non dicta in sanctos impia verba Deos. *Tib. l. 1.*
Nec nos insanæ meditātes jurgia linguæ,
Aspera in adversos solvimus ora viros. *Auct.*

Słowko ptaſzkiem wyleci, á wołem śię wraca.

Talia ubi semel prorupêre, difficiliùs reticentur. *Tacit.*

Maxima de nihilo nascitur historia. *Propert. eleg.* 16.

Rumor rumorem, errores parturit error;
Ut nivis exiguo, crescit eundo globus. *Oven.*

Qui citò præcipitat velox sinè pondere verbum,
Errat, dimissum nec revocare potest. *Id.*

Nemo, quod audiêrit, tacebit; nemo, quantùm audiêrit, loquetur. *Sen. ep.* 105

Słuchác mię było.

-- -- -- -- Et Troja maneret,
Præceptis Priami si foret usa senis. *Ovi.*

Discite ab alterius nostris timuisse querelis. *Id.*

Si tua mens monitis melioribus usa fuisset,
Non esset tãtis contribulata malis. *Auct.*

Augu-

Augurij contemptores, & ſalubrem hortatorum cautelam exoſi, eodem fato in perniciem rapiuntur. *Auct.*

Słupem ſtanął ják wryty. v. *Zląkł śię.* v. *Vmárł &c.*

Non aliter ſtupui, quàm qui Jovis ignibus ictus
Vivit, & eſt vitæ neſcius ipſe ſuæ. *Ovi.*

Et fuit attonito mens mihi nulla diù. *Id.*

Horruit attonitus, diriguitq; metu. *Auct.*

Icta per exanimẽ riguerũt corda pavorẽ;
Memnoniæ poſſis me ſimilare petræ. *Id.*

Słyſzy kiedy trawa rośnie.

Ille poteſt culicem longè ſentire volantẽ,
Et minimi pennâ papilionis agi. *Mart. l. 8. ep. 32.*

Scit quid in Aſsarica Pacorus deliberet aula. *Juven.*

Omnia circumſpexit, omnia periclitatus eſt Quinctius noſter. *Cicero.*

Habet ſuas rimas curioſitas, per quas & latebras ſcrutetur, & abſcondita penetret. *Auct.*

Lynceos eſſe curioſorum oculos, quibus nihil & murorum obſtacula occultum reddant. *Idem.*

Caninas nares curioſorum, qui etiam ex leviſſimo veſtigio aliorum facta ſubodorent. *Idem.*

Smieje się, choć mu do płáczu.

Interdùm non licet palàm eſſe miſeros, ſed inter ærumnas cor ipſum excedentes, neceſſe eſt agere felicem. *Sen. ep.* 80.

Sicut ulcera rubent, & ſanie turgent; ſic ſuppurata dolore hilaritas. *Id. ibid.*

Pars major lachrymas ridet, & intùs habet. *Mart. l.* 10. *ep.* 80.

Conſilium vultu tegit, ac ſpem fronte ſerenat. *Virg.* 4. *Æn.*

-- -- -- Curisq; ingentibus æger,
Spem vultu ſimulat, premit altum corde dolorem. *Idem* 1. *Æn.*

-- -- -- Vanus adultero
Se mœror in riſu dolentis
Diſſimulat, variatq; ſcenam. *Sarbiev.*

Liveſcit omnis lætitiæ color
Sub nube curæ; perpetuò licèt
Nimbus ſalutantûm, & clientis
Unda fluat, refluatq; vulgi. *Idem.*

Mentitur faciem ſolibus æmulam,
Intùs ſe ſtudijs dilacerantibus
Conſumit. --- --- -- *Avanc.*

--- --- Charites in cilium vocat,
Intùs felle nigro timet. *Idem.*

Abſcondunt gemitus, & ſaucia pectora lætâ
Fronte tegunt. -- -- -- -- *Lucan.*

Smierci się rowna. v. Zycie mi &c.
-- -- -- -- Quidquid ab illo
Produxi vitæ, tempore, pœna fuit. *Ovid.*
-- -- Sors letho durior omni. *Idem.*
Smierci termin nie przeskoczony. v. Kto się urodźi &c.
Tempus nos avidum devorat, & chaos. *Sen. in Troad.*
--- Gens hominum fertur rapidis
Obvia fatis, incerta sui:
Stygias ultrò quærimus undas. *Idem in Herc. fur.*
-- -- Properat cursu
Vita citato, volucriqvé die. *Id. ibid.*
Duræ peragunt pensa sorores,
Nec sua retrò fila revolvunt. *Id. ibid.*
Smiey, á chciey. v. Tylko śmiey &c.
Simus inter exempla: quidquid fieri potuit, potest, *Sen. ep. 98.*
Quodcunq; sibi imperavit animus, obtinuit. *Id. l. 2. c. 1. de Ira.*
Pertinacia impedimentũ omne transcendit, ostenditqvé, nihil esse difficile, cujus sibi ipsa mens patientiam indiceret. *Idem ibid.*
Velle parum est; cupias, ut re potiaris, oportet. *Ovid.*
Omnia conando docilis solertia vincit. *Manil. l. 1.*

Smietánę zebráć. v. *Kto inßy &c.*
Eſt aliquid primo deligere ungue roſam.
Ovid.
Et roſa delectat, metitur quæ pollice primo. *Mart. l.* 10. *ep.* 94.
Gregalia quoq; poma, etiam poſt paucos dies itura in faſtidium, delectant, ſi provenêre maturiùs. *Sen. l.* 1. *c.* 12. *de Ben.*
Sobek z niego. v. *Bliſſßa &c.* v. *Káždy ná ſwoje koło &c.*
Cura eſt nocitura vitandi, profutura appetendi. *Sen. l.* 5. *c.* 9. *de Benef.*
Tu, perſona ſecunda; ille, ultima; prima, ego; noſtrum
Nemo támen ſibi non eſſe videtur ego.
Oven.
Videbis, quæ alijs inutilia ſunt, ſibi ipſis non deeſſe. *Sen.*
Prodeſſe ſibi, neceſſarium eſt. *Id. l.* 5. *c.* 9. *de Benef.*
Cùm reliqui omnes ſint nobis cari, nos ipſos neceſſum eſt eſſe cariſſimos. *Auct.*
Deordinata erit dilectio, ſi quiſquam alius primitias amoris noſtri obtineat, noſtri ipſorum commoda ultimò nobis placeant. *Idem*
Invidia nullius cauſam agit, contra omnes, ſibi favet. *Idem*

Sobie gorzey czyni. v. *Rozgę ná śię &c.*
Facta, manu culpâq́; tuâ, diſpendia ſentis. *Ovid.*
Lemniadûm gladios in mea fata dabo. *Id.*
Cladibus irruimus, nocituraq́; poſcimus arma. *Lucan.*
- - Non eſt tua tuta voluntas. *Ovi.2.Met.*
Sobotkę ſkakáć, palić. Originem traxit à Roma noviter condita, in quam migrare juſſi agrarij homines & paſtores, priuſquàm intrarent muros, combuſſerunt ſua mapalia, & ignem tranſiliebant ituri ad mœnia, ut habet Ovid. 4. Faſtor.
-- -- -- -- Cùm condita Roma eſt,
Transferri juſſos in nova tecta Lares.
Mutanteſq́; domū tectis agreſtibus ignē,
Et ceſsaturæ ſuppoſuiſſe caſæ.
Per flammas ſaluiſſe pecus, ſaluiſſe colonos,
Quod fit natali nunc quoq́; Roma tuo.
Et madidꝰ Baccho ſua feſta Palilia paſtor
Concinet ad flammas, tranſilietq́; ſuas. *Tibull. l. 2. el. 5.*
Moxq́; per ardentes ſtipulæ crepitantis acervos
Traijcias celeri ſtrenua membra pede. *Ovid. 4. Faſt.*
Et ſe ipſum celebraviſſe hanc ſolemnitatem, ſcribit Ovid. ibid.

Certè ego de vitulo cinerem, ſtipulasq; fabales
Sæpè tuli plenâ februa caſta manu.
Certè ego tranſilui poſitas ter odine flammas,
Virgaq; roratas laurea miſit aquas.
Sowá nie urodźi ſokołá, áni ſokoł ſowy.
-- Omnes redeũt in ſemina cauſæ. *Claud. in laud. Serenæ.*
Sæpè patris mores imitatur filius infans;
Qualis erit mater, filia talis erit. *Oven.*
Caſta refert caſtæ genitricis filia mores,
Laſcivæ nunquàm filia caſta fuit. *Id.*
Generoſa in ortus ſemina exſurgũt ſuos;
Sic ille magni parvus armenti comes,
Primisq; nondum cornibus findens cutẽ,
Cervice ſubitò celſus, & fronte arduus,
Gregem paternum ducit. -- *Sen. in Troad.*
Continuò pecoris generoſus pullus in arvis (nit. *Virg. l. 3. Georg.*
Altiùs ingreditur, & mollia crura repo-
Quæ tenera cæſo virga de ttunco ſtetit,
Par ipſa matri tempore exiguo ſubit,
Umbrasq; terris reddit, & cœlo nemus
Sen. in Troade
-- -- Sic patris indoles
Auguſta natos occupat, & ſuos
Mores refingit; ſic leones
In ſobolem animos infundunt. *Avanc*
Spol-

Spolny raz. v. *Wiory lecą &c.*

-- -- -- Cæduntqvé, caduntqvé. *Lucan.*
Alterniq; animas ſævo in mucrone relinqvunt. *Sil.*

Spráwiedliwa, kiedy nie práwna przegráje.

Difficilem tenui ſub iniquo judice cauſam. *Ovid.*
Sæpê teſtis, dùm apertè pejerat, etiam veris teſtibus abrogavit fidem, & reum velut factione circumventum, miſerabilem reddidit. *Sen. l.6. c.8. de Benef.*

Spráwiedliwa wygráje.

Hanc Deus, & melior litem fortuna diremit. *Virgil.*
Cauſa movet judices, ſi quos ſua jura tuentur. *Lucan.*
Omnia ſubſident meliori pervia cauſæ. *Claud.*
-- -- -- Habuit ſic cauſa ſecundos
Juſtior eventus. -- -- -- -- *Idem.*
Stabant pro ſignis jusq; piũq; ſuis. *Ovid.*
Magna bonæ ſupereſt audacia cauſæ. *Juven.*
Tantùm ubiq; bona conſcientia ſibi vendicat, ut jam cæperit nõ virtutis magìs, quàm integritatis eſſe victoria. *Nazar.*
Quisq; ſibi meliore causâ
Emit triumphos. -- -- *Ines.*
Stat pro legitimis gratia Numinis. *Auct.*

Decreta justum fert adamantinis
Numen tabellis, servat & impium
Illas tribunal; nec nocentes
Innocuum jugulant triumphi. *Auct.*
Vel ipse motas discutiens judex
Lites cruentus ventilet Æacus;
Quamvis iniqvus, justiorem
Non patitur cecidisse causam. *Idem.*
Stáre šitko pod ľáwe, á z nowem ná kołek.
--- Emeritæ jam præmia nulla senectæ. *Claud.*
Contemptæ spinæ, cùm cecidêre rosæ. *Ovid.*
Et riget amissâ, spina relicta, rosâ. *Idem.*
Integer est melior nitidis gladiator in armis,
Quàm cui tela suo sanguine tincta rubent. *Id.*
Fert benè præcipites navis modò facta (procellas,
Quamlibet exiguo solvitur imbre vetus. *Idem.*
Putris, & in vacua requiescit navis arena,
Et vetus in templo bellica parma vacat. *Propert.*
-- -- -- Nutrit pastor obesum
Lacte canem, ferroq; ligat, pascitq; revinctum; (paces
Dum validus servare gregem, vigiliq; ra-
Latratu terrere lupos: cùm tardior idẽ,
Jam

Jam ſcabie laceras dejecit ſordidꝰ aures,
Solvit. -- -- -- -- -- *Claud. in Rufin.*

Stáre to dźieje. v. *Báby to pod ſſpitalem &c.*

Notior in cœlo fabula nulla fuit. *Ovid.*
Hoc diſcunt ante Alpha, & Beta puellæ. *Juven.*
Priſca juvent alios, ego me nunc deniq; natum (is. *Ovid.*
Gratulor, hæc ætas moribus apta me-
-- -- Reſpice infelix ad hos
Luctus recentes; Troja jam vetus eſt malum. *Sen. in Troade.*
Quæ recentia apud illos viguerunt, ea interjecto ſpatio obſoleſcunt. *Sen. l. 3. c. 1. de Beneſ.*

Stárość, nie rádość.

Cùm ſe movet ſenex, laſſus eſt. *Sen. ep. 55.*
Iners ſenectus adjuvat baculo gradum. *Idem in Herc. fur.*
Tempus nos tacitum ſubruit, horaqvé
Semper præteritâ deterior ſubit. *Id. in Hip.*
Jam vigor, & quaſſo languent in corpore vires;
Nec, juveni, luſus, qui placuêre, juvant. *Ovid.*
-- -- Et ſaxo longa ſenecta nocet. *Idem.*
Miles depoſitis annoſus ſecubat annis,
Grandæviq; negant ducere aratra boves. *Propert. l. 2.*

Stáry, á głupi.

Nihil turpius eſt, quàm grandis natu ſenex; qui nullum aliud habet argumentum, quo ſe probet diù vixiſſe, præter ætatem. *Sen. c. 3. de Tranq.*

Non pueritia in nobis, ſed puerilitas remanet. *Idem ep. 3.*

Auctoritatem habemus ſenum, vitia puerorum. *Id. ibid.*

-- -- -- -- Deformius unquàm
Omninò nihil eſt, ardelione ſene.
Martial. l. 4. epig. 78.

Maturiq; ſenes, ſed non matura gerentes. *Paling.*

Sæpè ſenex puer eſt, in ſene ſæpè puer. *Bachuſius.*

Stáry, ćwik, nie oſzukaſz. Stáry popraw. v. *Oſtrzelány.*

Longiùs inſidias cerva videbit anus. *Ovid.*

Antiqvus paſſer ſcit cuncta foramina tecti. *Param.*

Ad jam toleratas calamitates, vel ſatìs erudita eſt patientia, vel nimìs cauta prudentia, nè eas repetat. *Auct.*

Ex repetitis cladibus ſolertiſſima evadit caſtigatæ multis ictibus virtutis induſtria. *Idem.*

Benè & frequenter terſos oculos nullum glaucoma inficit. *Id.*

Faci-

Faciliùs in laqueos & decipulas labuntur animalia, quæ nec fraudes venatorum experta ſunt, nec evadendi neceſſitate compellebantur: at vulpes, cui ſemel indulſit fortuna elabi, omnem foveam timet, & piſcis hamo deceptus, non facilè ad quamlibet eſcam promptus eſt. *Auct.*

Stáry do kominká, piwo ciepłe pić.

Miles ubi emeritis jam non eſt utilis armis,
Ponit ad antiquos, quæ tulit arma, lares. *Ovid.*
Nè cadat, & palmas inhoneſtet adeptas,
Languidus in pratis gramina carpit eqvus. *Idem.*

Fortis eqvus, ſpatio qui fortè ſupremo
Vicit Olympia, nunc ſenio confectus quieſcit. *Enn.*

Stáry jáko grzyb.

-- -- -- Funduntur vertice cani,
Et tremit effæto corpore laſſa cutis. *Tibull.*

Longo ævo laxata cutis ſulcisq; genarum
Corruerat, paſsâ facies rugoſior uvâ. *Cl. l. 1. in Eutr.*

Fugerat ore color, macies adduxerat artus.
-- -- -- Laxantur corpora rugis,
Et perit in nitido qui fuit ore color. *Ovid.*

Jamq́; meos vultus ruga ſenilis arat. *Id.*

Jam mea cygneas imitantur tempora plu-
mas,
Inficit & nigras alba ſenecta comas. *Ovi.*

Stáry to ſzálbierz.

-- -- -- Novimus Eutropium. *Claud.*

Non primùm vetulam novêre palatia vul-
pem. *Idem.*

-- -- -- -- Infectaqvé ſemper
Punica verba dolis. -- -- -- -- *Idem.*

Státeczny, poważny.

-- -- -- -- Plena pudoris
Elucet gravitas, faſtu jucũda remota. *Clau.*

Læta viro gravitas, mentisq́; amabile pon-
dus;
Quo poſſis viſo dicere: Numen ineſt. *Ovid.*
Jures hoc ſuperos ore ſolere loqui. *Id.*

Inclinat populo divina modeſtia vultu. *Claud.*

In tenero gravitas ore ſenilis erat. *Auct.*

Strách z niego, ják z myſzey jámy. v. *Z gárzći bym ćię &c.* (neris

Tu licèt arma feras, & vulnera ſæva mi
Non tamen efficies, ut timeare mihi *Ovid.*

-- Timidisq́; etiam brevis addita virtus *Claud. de bell. Gild.*

Vin

Vindicta levis est, quam ferunt parvæ manus. *Sen. in Hip.*
-- -- Vanum sinè corpore nomen. *Sil. Ital.*

Strachy ná Láchy.

-- -- -- Propiùs jam fata moveri
Degeneres trepidant animi, pejoraq; versant. *Lucan.*
-- -- -- Ferrum undiqvé & ignes
Mente vident, sævas mente accepêre catenas. *Ovid.*
-- -- -- Majorqvé ferusqvé
Mentibus occurrit, diroqvé immanior hoste. *Lucan.*

Stroyno, ßátno.

-- -- -- -- Asperat Indus
Velamenta lapis, pretiosaq; fila Smaragdis
Ducta virent. -- -- -- -- -- *Claud.*
Rubra sub aurato crispãtur serica dorso,
-- Pelusiaco præfulget stamine vertex. *Id.*
Fulget gemma thoris, & jaspide fulva supellex; (succo,
Strata fulgent Tyrio (*quorum pars maxima*)
Cocta diù, speciem nõ uno duxit aheno,
Pars auro plumata nitet, pars ignea cocco. *Ovid.*
Plena maris rubri spolijs, colloq; comisq;
Divitias Cleopatra gerit, cultuqvé labo-(rat. *Lucan.*

Strzeż śię ják ogniá.

Hæ tibi sint Syrtes, hæc Acroceraunia vita. *Ovid.*

Illo

Illo Lotophagos, illo Syrenes in antro
Esse puta. -- -- -- -- *Idem.*

Cingenda est altis sepibus ista seges. *Id.*

Cyanæas arcto nautæ timuêre profūdo. *Id.*

-- Nôris quòd semper sit naufraga Syrtis. *Barcl.*

Strzeżonego Bog strzeże. v. *Nie leż w ogień &c.*

Nemo non faciliùs ad id, cui se diù composuerat, accessit, & duris quoqvé, si præmeditata erãt, obstitit. *Sen. epist.* 107.

Quodcunq; læsurum est, multò antequàm accidat, speculare & adverte. *Id. ep.* 97.

Imparatus etiam levissima expavit. *Id. ep.* 107. (sis tyro. *Id. ibid.*

Cogitatio assidua præstabit, ut nulli malo

Fortis est animus, ad quæ præparatus venit. *Id. l.* 3. *c.* 3. *de Ira.*

Omnes conatus fortunæ, & omnes impetus prospicere necesse est, multò antequàm incurrant. Illis gravis est, quibus repentina: facilè eam sustinet, qui semper expectat. *Id. c.* 5. *ad Helv.*

Quidquid fieri potest, quasi futurum prospiciendo, malorum omnium impetus molliet, qui ad præparatos nihil afferunt novi; securis, & beata tantùm spectantibus, graves eveniunt. *Id. c.* 11. *de Tranqu.*

Quæ

Quæ posse fieri non putas, metuas tamen.
Sen. in Oedipo.
Animus, qui vereri scit, tutò agere novit. *Idem.*
Nemo cavenda timet, qui metuenda cavet. *Oven.*
Timor arx securitatis est; periculi autem inertèr securus, inter pericula sinè periculo perit. *Auct.*
Strzyżono, golono. &c.
Ipse licet sperare vetes, sperabimus, atq;
Hoc unum fieri, te prohibente potest.
Ovid.
Insequeris? fugio; fugis? insequor: hæc mea mens est:
Velle tuum nolo, sed volo nolle tuum.
Mart. l. 5. epig. 83.
Quæ volo, tu non vis; quæ nolo, Troile tu vis. *Oven.*
Sumnienie dobre tyśiąc śię świádkow nie boi.
Conscia mens recti nullo commota pavore. *Oven.*
Conscia mens recti famæ mendacia ridet. *Idem.*
Fortem, & tenacem propositi virum
Non civium ardor, prava jubentium,
Non vultus instantis tyranni
Mente quatit solidâ. - - *Horat. l. 3. Carm.*

Fabel-

Fabella vulgi me licèt allatret,
Aures loquaci non mihi tinnient
Rumore famæ, non nocentem
Dum ferient maledicta vitam. *Auct*

Sumnienie złe wielki instigátor. v. *Czapká &c*

Continuò sontes ultrix accincta flagello
Tisiphone quatit. -- -- -- *Virg. 6. Æn*
-- Pœna præsens, consciæ mentis pavor
Animusq; culpâ plenus, & semet timens
Sen. in Hipp.
Conscia mens, ut cuiq; sua est, ita concipit intra
Pectora, pro facto spemqvé metumqve suo. *Oviá.*
-- -- -- Quos diri conscia facti
Mens habet attonitos, & surdo verbere cædit,
Occultũ quatiente animo terrore flagellũ.
Hi sunt, qui trepidant. -- -- -- *Juven.*
-- -- -- Assiduis circumvolat alis
Sæva dies animi, scelerumq; in pectore diræ. *Stat.*
-- -- Rostroq; immanis vultur obunco
Immortale jecur tundẽs, fœcũdaq; pœnis
Viscera, rimaturqvé epulas, habitatqve sub alto
Pectore: nec fibris requies datur ulla renatis. *Virg. 6. Æn.*

Swię-

Swięconą wodą tego nie zkropiſs. v. *Nie zkropiſs &c.* (nigrat,

Quem ſemel horrendis maculis infamia
Ad benè tergendum multa laborat aqua. *Ovid.*

-- -- -- Quis vos luſtrare valebit
Oceanus? tantum facinus quæ diluet ætas? *Claud.*

Elui difficile eſt, non enim maculati ſumus, ſed infecti. *Sen. ep. 59.*

Perpetuæ crimen poſteritatis eris. *Ovid.*

-- -- -- Arctoum licèt
Mœotis in me gelida transfundat mare,
Et tota Thetis per meas currat manus;
Hærebit altum facinus. -- -- *Sen. in Herc. fur: ubi eum uxoris & filij à ſe occiſorum pœnitet.*

Quis eluet te Tanais? aut quæ barbaris
Mœotis undis Pontico incumbens mari?
Non ipſe toto magnus Oceano Pater
Tantùm expiârit ſceleris. - - *Sen. in Hipp.*

-- -- -- Tanti nè vendere ſummo
Quære Jovi, & parvo culpas obtendere fumo. *Paling.*

Swięte twoje ſłowá były.

-- -- -- -- Divina oracula Phœbi
Agnoſco, monitusq; datos vocalibus antris. *Stat. l. 1. Theb.*

Hæc

Hæc mihi, non hominem, ſed quercus
credo Pelaſgas
Dicere. -- -- -- -- -- *Ovid.*
Quidquid vereri debueram miſer,
Totum futuri præſcius exitûs,
Rectè monebas, vindicando
Implicitum caput è ruinis. *Auct.*

Swoją piedzią inſzych mierzáć.

Ex imbecillitate noſtra conjecturam capimus, ingentis fortiorum animi. *Sen. ep.* 71.

Hæc, ad quæ imbecilli ſumus, dura atq; intolerabilia credimus. *Id. ibid.*

Imbecilles animi ſibi ipſis parùm fisi, facilè decurtant exiguitate ſuâ immetatos aliorum conatus menſurando. *Auct.*

Swoięm dworęm żyć.

Satìs magnum unus alteri theatrum ſumus: ſatìs mihi ſunt multi, ſatìs mihi ſunt pauci, ſatìs mihi eſt unus, ſatìs mihi eſt nullus. *Sen. ep.* 19.

Beatus eſt, quem nulla res minorem facit: tenet ſumma, & nè quidem ulli, niſi uni ſibi innixus. *Idem.*

Idem eſt, multos contribules, quod multos contribulantes fovere: ſe ipſo, vir fortis fortior, & quietior. *Auct.*

Vir magnus DEI imitator, quamvis plurali-

ralitatem personarum & amicorum admittat, tamen se uno beatus est. *Id.*

Szalonemu miecz wydrzeć.

Exorari in perniciem rogantium, sæva bonitas est. *Sen. l. 2. c. 14. de Ben.*

Plura sæpè peccantur, dum demeremur, quàm dum offendimus. *Tacit. 15. Annal.*

Sunt quædam nocitura impetrantibus; quæ non dare, sed negare, beneficium est. *Sen. l. 2. c. 14. de Benef.*

Ut frigidam ægris negamus, & lugentibus, ac sibi iratis, ferrum; aut amantibus, quidquid contra se usurus ardor petit: sic ea quæ nocitura sunt, impensè ac submissè, & nonnunquàm etiam miserabiliter rogantibus perseverabimus non dare. *Id. ibid.*

Nihil potest ad malos pervenire, quod prosit, imò quod non noceat. *Id. l. 5. c. 12*

Szczęść Boże.

Sic habeas faciles in tua vota Deos. *Ovid. epist. 16. Her.*

-- -- -- -- Omnis in astris
Consonet arcanâ volucris bona murmura linguâ. *Stat. l. 5. Theb.*

Annuerit fortuna favēs, dextriq; secundēt
Ista Dij. -- -- -- -- -- *Idem.*

-- Habeas faciles in tua vota Deos. *Ovid.*

Omnia proveniant, nec te tua vota morentur. *Sil.*

Te ipſa ad conſpicuas nominis inclyti
Ducant fata fores, quà labor arduam
Emunire domum pugnat, & aureis
Sudor perfluit arcibus. *Sarbiev.*

Szczęśćie hárdęm czyni.

-- -- -- -- Superbia ſemper
-- Eſt rebus vitium ſolenne ſecundis. *Claud.*

-- Difficile eſt opibus non tradere mores;
Et cùm tot Crœſos viceris, eſſe Numã. *Mart.*

Szczęśćie nie pewne. v. *Ani śię ſpodźiejeſz.* v. *Nád ſpodźiewánie &c.*

-- -- -- -- Quò latiùs orbem
Poſſedit, citiùs per proſpera fata cucurrit
Roma. -- -- -- -- -- *Lucan.*

Noli tranquillitati fortunæ confidere: citò hoc mare vertitur; eodem die, ubi luſerunt navigia, ſorbentur. *Sen.*

Nempè, dat, & quodcunq; libet, Fortuna, rapitqvé;
Irus & eſt ſubitò, qui modò Crœſus erat. *Ovid.* 3. *Triſt.*

Paſſibus ambiguis fortuna volubilis errat,
Et manet in nullo certa tenaxq; loco. *Id.* 4. *de Ponto.*

Szczęście się przesiliło. v. Raz gody &c.

-- -- -- Laſsata triumphis
Deſcivit fortuna ſuis. -- -- -- *Lucan.*
Conſtitit hîc bellum, fortunaqvé Cæſaris hæſit. *Idem.*
Non agitur vento noſtra carina ſuo. *Ovi.*

Szczęście zá ßczęściem.

Continuant Superi pleno conceſſa favore
Gaudia, ſucceſſusq; novis ſucceſſibus addunt. *Claud. l. 1. de laud. Stil.*
Nunc eſt alma ſalus, nunc ſæcula curat amœna
Jupiter omnipotens. -- -- -- -- *Barcl.*
Hinc conſonantûm gratia temporum,
Amica pacis ſæcula melleos
Annos trahebant -- -- --
Hinc placidi micuêre ſoles. *Avanc.*

Szczęśliwa drogá.

Et rigor Arctous tepido miteſcat ab Auſtro,
Et quàcunq; feres greſſus, tibi balſama ſudent. *Claud.*
Sed te flaminibus venti majoris iturum,
Dumq; moves portu, provehat aura levis. *Ovid.*
Sit Galatæa tuæ non aliena viæ. *Propert.*
Oſcinem corvum prece ſuſcitabo -- --
Solis ab ortu. *Horat.*
Sic te Diva potens Cypri!
Sic fratres Helenæ lucida ſidera! *Idem*

Tecum Oebalij duo ſidera fratres! *Barcl.*
-- -- Volucri vectus ab Africo
Ætram præpetibus ſcande jugalibus. *Ines.*
Szczęśliwy. v. Szcześćie zá &c.
-- -- -- -- Omnia felix
Huic natura dedit, nullo renuente Deorum. *Sil.*
-- -- -- Fortunæ filius albæ. *Juven.*
Et ventos velis aura ſecunda dedit. *Auct.*
Hîc tua puppis erat validâ fundata carinâ. *Ovid.*
Perſarum vigui rege beatior. *Horat.*
Szczęśliwy kogo cudze przygody uczą.
Satiùs eſt malo & erroribus aliorum cavere, quàm accepto vulnere in medicina laborare. *Sen.*
Ut vites ſcopulos, læſæ docuêre carinæ,
Quo cadis, hoc alter tutiùs ibit iter. *Maſsen.*
Effugiunt reliquæ ſociâ pereunte, columbæ. *Id.*
-- -- -- Juvat
Ex alto intrepidum colle jacentia
Deſpectare pericula, &
Cautum, non proprijs vivere caſibus. *Sarb. l. 4. O. 10.*
Ictu fulminis everſos curiosè circumſpici, ſed ipſa nubium jacula unicuiqvé horrori eſſe. *Auct.*
Multo agmine in retia impulſi cervi victiman-

ctimantur campeſtri lætitiæ, feliciſſimus, qui per cadavera fratrum & plagas ſaltavit ad ſalutem. *Auct.*
Ex periculis aliorum vir cautus eruditur ad ſua. *Idem.*
Szczęśliwy, nie záſlużony bierze. v. *Jednemu ſzydlá &c.*
Creberrima & triſtia in bonos, læta apud deteriores eſſe. *Tacit.* 12. *Annal.*
Multos tibi dabo, quibus vitia non nocuerunt, plurimos, quibus profuerunt. *Sen. epiſt.* 114.
Scio à fortuna Catones repelli, & Vatinios advocari. *Id. ibid.*
Triſtis virtus perverſa tulit
Præmia recti : caſtos ſequitur
Mala paupertas : vitioqvé potens
Regnat adulter. -- -- *Sen. in Hipp.*
Szczodry. v. *Ludzki.*
Præceps illa manus fluvios ſuperabat Iberos,
Aurea dona vomens. --- --- *Claudian. in Probini & Olybr. Conſ.*
-- -- -- -- Largior imbre
Sueverat innumeras hominum ditare catervas. *Id. ibid.*
Nunquàm pigra fuit noſtris tua gratia rebus,
Nec mihi munificas arca negavit opes. *Ovid.*

-- -- -- -- -- Quis hæc
Limina pauper adit, quem non animosa beatum
Excipit, & ſubito juvat indulgentia cenſu? *Lucan. ad Piſon.*

Szewcá po napiętki dosyć.
Luſiſti, jam ſatis eſt, ſed te (*mihi crede*) memento
Nunc in pellicula cerdo tenere tua. *Mart. l. 3. epig. 15.*
Quâ valet, omnis eâ conterat arte diem. *Prop. l. 1. el. 16.*
Unuſquisq; ſuâ noverit ire viâ. *Id. ibid.*
Quà poſito fueris pro ſtatione, mane. *Ovi.*

Szláchetny. v. Fámiliánt.
-- -- -- -- -- Vidit
Et tot Julææ nobilitatis avos. *Ovid.*
-- Et mihi ductus ab æthere ſanguis. *Id.*
-- -- Numen non vile Palæmon. *Virgil.*
Dives avis, & utroq; Jovem de ſanguine
-- -- Te decoro (ducit. *Sil.*
Nobilitas comitata greſſu
Centum vetuſtas nectit imagines,
Centumqvé retrò per populos fluit
Ceris avorum: nec ſeveræ
Matris opes, aquilæq; deſunt. *Sarb. l. 3.*

Szpetne to żárty. (*O. 14.*
Urbanus tibi Cæcili videris:
Non es, crede mihi; quid ergò? verna es. *Mart. l. 1.*

Permiſſisq; jocis turba licentior
Exſultat tetricis libera legibus. *Sen.*

Duplex omninò eſt jocandi genus; unum illiberale, petulans, flagitioſum, obſcænum; alterum elegans, urbanum, ingenioſum, facetum: quo genere non modò Plautus noſter, & Atticorum antiqua comœdia, ſed etiam Philoſophorum Socraticorum libri referti ſunt. *Cic. l.* 1. *Offic.*

Deq; tuis manant atra venena jocis. *Sen. epigr.* 5.

Nunquàm ſunt grati, qui nocuêre ſales. *Id. ibid.*

Szpilką nie máſz gdźie tknąc. v. *Paſtwić śię &c.*

-- - Totum eſt pro vulnere corpꝰ. *Lucan.*

-- -- Nuſquàm, totiesq; ſepultus. *Claud.*

Non habet in nobis jam nova plaga locũ. *(Ovid.*

Sztuką lepiey.

Calliditas Grajâ, atq; aſtus pollentior armis. *Sil. It.*

Tutiores ſunt ex ſuo arcano inſidiæ, quàm apertus Mars aperta ponens pectora ad manifeſtum exitium. *Auct.*

In inſidias adductus hoſtis fregit ſuum robur, cui latentem ſi oppoſuiſſet artem, cedere debueras. *Idem.*

Graviſſimas alioquin moles induſtria levat,

vat, quas nè quidem moveas, etiamsi
Herculeam manum admoveas. *Auct.*
Sztych to nie odbity. v. *Przyszło ná przech.*
Cùm video, quàm sint mea fata tenacia, frangor; (dit. *Ovid*
Spesqvé levis, magno fracta timore, ca-
Nec quidquam miser ulteriùs sperové precorvé. *Idem.*
Examinatis arbitrijs polus
Decreta sancit, noxia sontibus;
Cassare stultis illa vanè
Effugijs miseri laborant. *Auct.*
Est contra stolidos alea jacta reos. *Id.*
Szukayże sobie lepszego, inszego.
Quære alium, pro me, qui velit ista pati.
Ovid. (*epist.* 7. *Her.*
Undè tibi, qui te sic amet, alter erit? *Id.*
Non ista posset Pirithous pati;
Istis amicum Thesea perderes. *Auct.*
Si jam fidelis Castora deserit
Pollux amantem; si reijcit suum
Nisus sodalem, non habebit
Eurialum sibi fœderatum. *Id.*
Szydłami w głowie ukłádano. v. *Nieſtátek.*
Et bellè cantas, & saltas Attale bellè;
Bellus es arte lyræ; bellus es arte pilæ.
Nîl benè cùm facias, facis tamen omnia bellè; (*Mart. l.* 2. *epig.* 6.
Ut dicam quid sis? magnus es ardelio.
Dan-

Danda eſt ellebori multò pars maxima ſtultis:
Neſcio an Antyciram ratio illis deſtinet omnem. *Horat.*
-- Tribus Antyciris caput inſanabile portat. *Idem.*
Hio bibat elleborum, aut naviget Antyciras. *Auct.*
Szydło się w worze nie zátái. v. *Nie zátái &c.* v. *Sumnienie złe &c.*
Hi ſunt, qui trepidant, & ad omnia fulgura pallent;
Cùm tonat: exanimes primo quoq; murmure cœli. *Juven.*
Tutum conſcientia mala facit ſæpè, nunquàm ſecurum. *Sen. ep. 9.*
Nocens aliquando habuit latendi fortunam, nunquàm fiduciam. *Id. ibid.*
Culpamqvé, quam nox fecit, oſtendet dies. *Id. in Oedipo.*

T.

TAk Bog chciał. v. *Bog ták &c.*
-- Juſſisq; ingentibus urget Apollo. *Sil.*
Fatis agimur, cedite fatis;
Non ſollicitæ poſſunt curæ
Mutare rati ſtamina fuſi. *Sen. in Oedip.*
Quidquid patimur mortale genus,
Quidquid facimus, venit ex alto. *Id. ibid.*

--- --- --- Sic potenti
Juſtitiæ, placitumqvé Parcis. *Ines.*
Ták dudki łowią. *(l.1.*
Callida ſic ſtultas decipit eſca feras. *Mart.*
Hâc laqueos vapidis vulpibus arte ſtruunt. *Auct.*
Hâc arte viſum lyncibus efferis
Acrem retundens obtenebrat dolus;
Et ad doloſas fame ducti
Sic epulas laqueantur urſi. *Id.*
Sic capiuntur aves, per cantus ſæpè ſuáves. *Param.*
Fiſtula dulce canit, volucrem dùm decipit auceps. *Param.*
Ták śię to záwſze nágradza, płáci.
Hic ſolet eventꝰ facta nefanda ſequi. *Ovi.*
Non habet eventꝰ ſordida præda bonos. *Id.*
Proditor in medio Tantalus amne ſitit. *Id.*
Semper tragica eſt improborum felicitas. *Barcl.*
Malè auſpicantûm ſemper amens
Proſperitas, malè cæpta finit. *Auct.*
Táki z tákiem. v. Jedná to burſá.
Ruſticꝰ agricolã, miles fera bella gerentẽ,
Rectorem dubiæ navita puppis amat, *Ovid.*
Animos in ſocietatem honeſta cupiendi par voluntas trahit. *Sen. epiſt.* 81.

Nemo inſons, pacem ſervant commercia
culpæ. *Sil. l.* 2.
Temporis illius colui, foviq; Poëtas;
Quotquot erāt vates, rebar adeſſe Deos.
Sæpè ſuos ſolitꝰ recitare Propertiꝰ ignes,
Jure ſodalitij qui mihi junctus erat:
Ponticꝰ heroo, Battꝰ quoq; clarꝰ iambo,
Dulcia convictûs membra fuêre mei.
Ovid. 4. *Triſt. el.* 10.
Ruſticus urbanum murem, mus paupere
fertur
Accepiſſe cavo veterem vetus hoſpes a-
micum. *Horat. l.* 2. *Sat.* 7.
Tákichći teraz świát. v. *Szczęśliwy, nie záſłu-
żony &c.*
-- -- -- -- Nunc, qui fœdera rumpit,
Ditatur; qui ſervat, eget. -- -- *Claud.*
Æmilios inter ſervatoresq; Camillos
Eutropius. -- -- -- -- -- *Id. l.* 1. *in Eutr.*
Pro vitio virtus crimina ſæpè tulit. *Ovid.*
Intaminatis fulget honoribus
Contaminatis moribus improbus:
Coguntur acrem pauperemqvé
Emeriti tolerare ſortem. *Auct.*
Syllana faſces impietas tenet,
Neroqvé crudis fungitur impotens
Sceptris potenter: reprobati
Flebiliter pereunt Catones. *Idem.*
Hinc

Hinc fimbriato colla clientium
Ferox tyrannus ſirmate proterit,
At indè virtus ſordidatis
Verrit humum famulata ſcopis. *Id.*

Tárápátá się go jęła.

Solus, inops, exſpes, letho, pœnæq; reli-
ctus. *Sil.*
-- -- -- Deſolatus, & exſpes. *Lucan.*
Noſtra per adverſas agitur fortuna pro-
cellas;
Sorte, nec ulla, meâ, triſtior eſſe po-
teſt. *Ovid.*
Et data ſunt vitæ fila ſevera meæ. *Id.*
Diîs ille adverſis genitus, fatoqvé ſini-
ſtro. *Juven.*
Et cunis, & fatis fueras agitatus iniquis.
Auct.
Ita naſcenti legem dixêre ſorores. *Id.*

Tchorz go obleciał, tchorzem podſzyty.
v. *Bojáźliwy.*

Illum omnes terrent auræ, ſonus excitat
omnis
Suſpenſum. -- -- -- -- -- *Virgil.*
Frigens animis, nec bello proſpera ſperans
-- -- -- Sonus omnis, & aura
Exterrent, pennâqvé levi commota vo-
lucris. *Sil.*
-- Illi fœmineo ſtant corde timores. *Id.*
-- Sua quemq; premit terroris imago.
Lucan.

At membra, & ſenſus gelidus ſtupefecerat horror. *Lucan.*

Palluit, & ſubito genua intremuêre timore. *Idem.*

--- --- Imis vibrat tremor oſsa medullis. *Ovid.*

Extimui, ſenſiq; metu riguiſſe capillos. *Id.*

Tegom ja chciał. v. Nie chcę &c.

-- -- -- Patimurq; volentes. *Lucan.*

Sic vota votis approperat Deus,
Deus coronat gaudia gaudijs. *Author.*
Quod nolle credis me volentem,
Hoc placet, hoc volui, hoc dediſti. *Id.*

Credo coruſcum me diamedate;
Credo, quòd auro jam radiat caput:
Donata tandem lætiori
Dum veniunt mea vota ſerto. *Id.*

Tegom śię ja záwſze bał, ſpodźiewał.

Hoc erat, hoc, animo quod divinante timebam. *Ovid.*

Talia venturæ mittebant omina pugnæ
Auſonijs ſuperi. -- -- -- -- *Sil. Ital.*

Hoc mihi non ovium fibræ, tonitrusvé ſiniſtri,
Linguaq; ſervatæ pennavé dixit avis;
Augurium ratio eſt, & conjectura futuri;
Hâc divinavi, notitiamq; tuli. *Id. 1, Tr. (el. 9.*

-- -- -- -- Igne Pelaſgo
Ilion arſuram præmonuiſſe ferunt. *Id.*

Tego

Tego też ießcze nie doſtawáło.
-- -- -- Hæc intentata manebat
Sors rerum. -- -- -- -- -- *Virgil.*
Hoc erat in fatis Scythiam quoq; vilere
noſtris. *Ovid.*
-- -- Supremas tulit iſta ruinas
Damnoſa exitijs alea jacta meis. *Auct.*
Pejora fatis fata prioribus
Ad ultimatum jam veniunt ſcopum:
Indeprecatis jam peremptos
Urget adhuc nova plaga plagis. *Id.*
Undiq; conſtanti cervas indagine cinctas
Expoſitas videas morſibus eſſe canũ. *Id.*
Tego żal, tego ſerce boli. v. *Ani mię tám &c.*
Quid ſequar, in dubio eſt, hoc decet, il-
la juvant. *Ovid.*
Expanſa ventis carbaſa ſub quibus
Eant, morantur: quo Zephyro natet,
Incerta navim fluctuantem
Ambiguo vocat aura velo. *Auct.*
Hinc menti trepidæ Jupiter explicat
Sortes mille bonas, hinc melioribus
Hortatur dubios ire volucribus. *Id.*
Duplex augurium multiplicans Deus,
Votis implicat anxios. *Idem.*
Hæc bona, quæ probo ego, nec ſunt ma-
la, quæ bona dicis;
Sollicitat ſenſꝰ iſtud utrumq; meos. *Id.*
Teraz,

Teraz, teraz co żywo. v. Rátuy &c.

Nunc collecta manus validis incumbite remis,
Tollite, ferte rates, inimicam findite terram. *Virgil.*
Arma citi, ferrum, date tela, & ſcandite muros. *Idem.*
--- Et quà quisq; poteſt, mala noſtra levate,
Fidam projecto nevé negate manũ. *Ovi.*
Ad Medicum ſpecto venis fugientibus æger;
Ultima pars animæ dùm mihi reſtat, ades. *Idem.*
Effice conſtanti profugum pietate tuendo,
Nè ſperata meam deſerat aura ratẽ. *Id.*
Dùm licet, Argolicas frangite Tròés opes. *Idem.*

Tetryk, posępny, ponury, flegmátyk.

Tetricus, & multâ ſemper ſubnubilus irâ. *Auct.*
Saturnus hujus mentis ad intimum
Conclave rector luridus immigrat;
Hoc inquilinos Tartarorum
Hoſpitium lemures meretur. *Id.*
Nunquàm ſerenæ mentis amœnitas
Se turbulentis nubibus expedit:
Opaca, triſtes lachrymarum
Frons facilis dare præſtò nimbos. *Id.*

Tłuſty

Tlusty poleć smdrowáć ; drwá do láſá wożić.

Quid ſolia arboribus? quid pleno ſidera
cœlo?
In mare collectas alta quid addis aquas?
Ovid. (ſci,
Mella jubes Hyblæa tibi, & Himettia na-
Et thyma Cecropiæ Corſica ponis api.
Mart. l. 11. epigr. 34.
-- -- -- Vaga cingitur aſtris
Luna, & in Oceanum rivi cecidêre mi-
nores. *Stat. l. 1. Silvar.*
Jupiter ambroſiâ ſatur eſt, & nectare vivit:
Nos tamen exta Jovi, thura merumq;
damus. *Ovid.*
-- Cereri ſua dona, merumq; Lyæo
Reddimus, & dives prædæ, tamen accipit
omni
Exuvias Diana tholo. -- -- *Stat. l. 1. Silv.*

Tobie oſkominá.

O dirum exitium mortalibus! ô nihil un-
quàm (laudes,
Creſcere, nec magnas unquàm exſurgere
Invidia! -- -- -- -- -- *Juven.*
Invidus alterius rebus marceſcit opimis.
Horat. epiſt. 1.
-- -- Nulli pars æmula defuit unquàm,
Quæ gravis obſtreperet laudi, ſtimulisq;
malignis. *Idem.*
Facta ſequebatur quãvis ingẽtia livor. *Id.*
-- Ægra-

-- -- -- -- Ægraqvé lætis
Invidia. -- -- -- -- -- *Stat. 1. Theb.*
Heu magnum alterius fruſtrà ſpectabis a-
cervum! *Virgil.*
Tobieć to gorzcy. v. Rozgę ná śię &c-
v. Sobie gorzey &c. (herbis,
Ipſaq; inexpertis, quod primum fecerat
Expavit Medæa nefas. -- -- -- *Lucan.*
Fulmen ipſis, quibus conceptum eſt, haud
parcit nubibus. *Barcl.*
Sic virulentis lethiferum dedit
Prægnans venenum vipera prolibus,
Deditq; virus; filiorum
Vipereo moritura morſu. *Auct.*
Nubes procellis fœta tumentibus,
Fulmen coruſcum parturit, & ſimul
Cum prole nata funeratur,
Fulguribus lacerata natis. *Idem.*
Tonącey brzytwy śię chwyta. (rit?
Qui rapitur fatis, hic quid, niſi fata requi-
Porrigit ad ſpinas duraq; ſaxa manus.
Ovid.
Et nè mergantur, tabulis ardentibus hæ-
rent. *Lucan.*
Multi ſic complectuntur extrema, quo-
modò, qui à torrente rapiuntur & ſpi-
nas & aſpera. *Barcl.*
Citò nocentes arripiet modos,
Quærens ſupremis exitijs modum:

Et hoc ſalutem, quod licêtſi
Eſt nocuum, putat adjuvari. *Auct.*
-- -- Fortuna miſerrima tuta eſt;
Dum timor eventûs deterioris adeſt.
Ovid.
Nec ſe vicino dubitat committere tecto,
Quæ fugit infeſtos territa cerva canes.
To to wſſytko broi. (*Idem.*
Hæc ſunt jucũdi cauſa cibusq; mali. *Ovi.*
Fallax ſereni ventus iſte
In ſcopulos tulit atq; Syrtes. *Auct.*
Hæc eſca piſces exitialibus
Defraudat hamis, porrigit illicem
Mortem, famentes ut doloſis
Illecebris malè ſtrangularet. *Idem.*
Hi ſunt, hi cineres, ſe quibus occulit
Ignis, ſed validum qui faciat focum. *Id.*
To w zyſku maſſ.
Hâc tibi ſit pugnâ dimicuiſſe ſatìs. *Ovid.*
Quærit avarus opes, & quæ laſsavit arãdo
Æquora, perjuro naufrag9 ore bibit*Id.*
Aleatori poſt jacturam permittitur, ut cartulas luſorias diſcerpat. *Strad.*
Impendioſis hoc ſtudijs lucri
Demens tuliſti; quod liceat tibi:
Infanda poſſis quin amaris
In lachrymis recreare damna. *Auct.*
To zá to. v. *Wet zá wet.* v. *Jáka práca &c.*
Nulla miſeratio contingit his, qui patiun-
tur

tur injurias, quas posse fieri, faciendo docuerunt. *Sen. ep.* 81.
Et merita æquantur donis, & præmia vir-
Sanguine parta capit. -- -- -- *Sil. It.* (tus
Non deerit vindex, gladio dum vindice sævis. *Maßen.*
Dantur coronæ pro merito suæ:
Subest flagellis dignus atrocibus:
Quam quisq; mercem promeretur;
Hanc tribuit Deus universis. *Auct.*
Quæ scelere pacta est, scelere rumpetur fides. *Sen. in Med.*
To źle, to nie dobrze. v. *Ani mię tám &c.*
Dubia ex dubijs seruntur, finis prioris mali, gradus est futuri. *Sen.*
Æstus phaselum sic dubij rotant;
Ut fluctuantem corripiunt truces
Mentem procellæ, non sinuntqve
Ad placidum dare vela portū. *Auct.*
Tráfiła kosá ná kámień; tráfi chłop ná chłopá. v. *Chłopá w korzec &c.*
Rebus ab oppositis vires contraria sumūt. *Paling.*
Quidquid à vobis minor extimescit,
Major hoc vobis dominus minatur. *Sen. in Thyeste.*
Simulata remove verba. non facile est ti- (bi
Decipere Ulyssem. -- -- -- *Sen. in Troade.*

introducit qualiter Vlyſſes alloquatur Andro, macham, volentem ejus quæſtiones eludere.

Ferro ſuperſtes quercus, & Æolo
Obnixa forti, fortior integri
Furore cœli, fert ruinas
A miſero terebrata verme. *Auct.*

Laſsabit ipſum centibrachis gigas
Satìs virilis roboris Herculem ;
Hector Pelaſgos ; ſed lacertos
Hectoreos ſuperans Achilles. *Id.*

Tráfiło śię ják ślepey kurze źiárno.

Attulit ipſe viris optatus caſus honorem. *Virg. 2. Æn.*

Medicorum conſilia plurimùm incertus caſus nobilitat. *Barcl.*

Inauſpicato magna frequentiùs
Exorſa felix conficit exitus ;
Rudesqvé caſus competenter
Nobilitant meliora fata. *Auct.*

Incurioſò ſæpiùs accidit ;
Ut inveniret, quod neq; quæſijt. *Id.*

Trefunkowe rzeczy lepſze. v. *Lepiey ná ſczęśćie.*

Sæpè canes fruſtrà nemoroſis montibus errant,
Inqvé plagas nullo cervus agente cadit. *Ovid. l. 3. de art.*

Sæpè temeritas & fortuna feliciùs judicat, quàm inter momenta prudentiæ incerta laboransq; ſolertia. *Barcl.*

Troi

Troi mu śię w oczách?

-- -- -- Geminantur verba, pavoris
Ingenio. -- -- -- -- - *Claud. l. 2. in Eutr.*
Prona est timori semper in pejus fides.
Sen. in Oedipo.
-- -- Qui pavet vanos metus,
Veros fatetur. -- -- -- *Id. in Herc. fur.*
-- -- -- -- Animusqvé pedesqvé
Fallunt, & quæ sunt singula, bina putant. *Ovid.*
-- -- -- Anxius omnia cogit,
Quæ possũt fieri, facta putare timor. *Id.*
-- -- -- Majorqvé ferusqvé
Mentibus occurrit, ipsoqvé immanior hoste. *Lucan.*
Præstigiæ, semper ut miracula celebrantur. *Lips.*
Metu anxijs omnia vertuntur in portenta. *Idem.*

Trop w trop śię biją.

Immiscentq; manus manibus, pugnamq; lacessunt. *Virg.*
Jam clypeus clypeis umbone repellitur umbo,
Ense minax ensis, pede pes, cuspide cuspis. *Stat.*
-- -- -- -- Clypeusqvé fatiscit
Impulsu clypei, atq; ensis contunditur ense. *Sil.*
Pes pede, virq; viro teritur. - - - *Virgil.*

Tropu po sobie nie dáć; przypáść.

Animalia quædam, nè inveniri possint, vestigia sua circa cubile confundunt. *Sen. epist. 68.*

-- -- -- Nè quâ forent vestigia rectis,
Caudâ in speluncam tractos, versisqvé viarum
Indicijs, raptos saxo occultabat opaco.
Virgil. 8. Æn. de Caco furante boves; quos per caudam intra speluncam trahebat, nè vestigia furti ex vestigijs boum rectà ductorum, deprehenderentur.

-- -- -- -- Ut territa pennas
Colligit, accipitrem cernens in nube columba:
Aut dumos subit, albēti si sentit in æthra
Librantem visus aquilam, lepus ore citato. *Sil. l. 5.*

Hoc mihi tunc animi fuerat. -- --
Quod lepori, qui vepre latens, hostilia cernit
Ora canum, nullosq; audet dare corpore motus. *Ovid. 5. Met.*

Trudno mu tego z głowy wybić.

Difficile est, malè initiata corrigere arbitria. *Auct.*

Infascinatis mentibus eximas
Nunquàm protervi consilij scelus:

Nun-

Nunquàm reformant, quando primis
Infatuant ſua vota cæptis. *Auct.*
Stat obſtinati propoſiti tenax,
Priore ſenſu fulta ſuperbia;
Nec mota primis impotenter
Arbitrijs voluit deeſſe. *Idem.*
Nec potuit curas ſanare ſalubribus her-
Trudno o tem y mowić. (bis. *Tibull.*
Quantaq; ſupplicia, & quantas exhauſi-
mus iras,.
Dicere difficile. -- -- -- -- *Stat.*
Dicere difficile eſt, quid Mars tuus ege-
rit illic, (vé modis. *Ovid.*
Quotvé neci dederit, quosvé, quibus-
Hic difficulter Cecropis fluat
Vel ore ſermo; Nectaris Attici
Deſunt ſapores, omne tantis
Eloqvium tenuatur actis. *Auct.*
Trzyma ſię pięknie. v. *Grzeczny.*
-- Docti ſibi legem dicere mores. *Stat.*
Ad elegantem compoſuit bonos
Mores amuſſim: nulla politiùs
Tabella poſſit lævigari
Pumiceo benè culta tritu. *Auct.*
Trzymam z Jego Mośćią. v. *A biało? &c.*
Pauci honeſta à deterioribus; utilia à
noxijs diſcernunt: plures aliorum e-
ventis docentur. *Tacit.*
Eadem probamꝰ, eadem reprehendimus;
 hic

hic exitus est omnis judicij, in quo lis secundùm plures datur. *Sen. c.* 1. *de vita beata.*

Ad rumorem componimur, optima rati ea, quæ magno animi assensu recepta sunt: nec ad rationem, sed ad similitudinem vivimus. *Id. ibid.*

Ritu pecudum vivimus, gregem antecedentium sequentes, non quò eundum est, sed quò itur. *Idem.*

Trzy po trzy práwi. v. *Vdáje swoje rzecz.*

-- Fama novis terroribus audax. *Stat.*
Omnia pro veris jactat, sint ficta licebit.
Ovid.

-- Dixit, violentaq́; lingua locuta est,
Lapsa ceu nimio verba profana mero. *Id.*

-- Fatui dicenda tacenda loqvũtur. *Oven.*
Et quæ nesciêris, ut benè nota refer;
Si poteris, verè; si minùs, apta tamen.
Ovid.

-- -- -- Ventorum prælia narrat;
Quas Scylla infestet, quasvé Charybdis aquas. *Idem.*

Tu sek. v. *Przyszło ná orzech.*

Difficilis clivis hùc via præbet iter. *Ovid.*
Hîc artis opus. --- --- --- *Idem.*
-- -- Hîc pugnæ nodumq́; moráqvé. *Virg.*
Hic labor extremus, longarum hæc meta viarum. *Idem.*

-- Lon-

-- -- Longis illùc ambagibꝰ itum. *Claud.*
-- -- Latent caſus magniq́; labores. *Sil.*
Herculis eſt decimus tertius iſte labor. *Oven.*
Jam magìs atq́; magìs præceps agit omnia fatum. *Lucan.*
Eſt ad labores, hic quoqve, Herculeos, labor. *Sen. in Herc. fur.*
Nihil plano aditur excelſum. *Id.*
Hîc Rhodus, hîc ſaltus. *Id.*
Hîc erit artis opus. *Ovid.*

Tuś mi ptaßku ? v. *w Myßey jamie &c.*
Nullus ſalutis Hercule infenſo eſt locus. *Sen. in Herc. fur.*
Paſtoriq; lupus ſcelerum delicta priorum
Intra ſepta luit. - - - *Claud. de bello Get.*
-- Manibusq; meisMezentiꝰ hîc eſt. *Virg.*
Haud ſecùs ac ſtabulis procurans otia paſtor,
In foveam parco tectam velamine frondis
Ducit nocte lupos poſitæ balatibus agnæ. *Sil. l. 6.*

Tu śię piße, á tu śię máże. v. *Ani mię tám &c.*
Determinavit quod modò proſequi,
Rursùs retractat conſilium prius,
Nutando mutandoqvè votum
Ipſa ſuum reprobat voluntas. *Auct.*
Incepta cæptis ex melioribus
Correcta nunquàm corrigis ; opprimunt

Se vota votis innovata,
Nec ſtatuis toties ſtatuta. *Auct.*
Hæc modò ſollicitus voluit, modò noluit exſpes;
Anxius optat idem, rursùs & odit idẽ.
Tuż tuż dopadáć. (*Idem.*
Inſequitur, trepidiq́; pedem pede fervidus urget. *Virg.* 12. *Æn.*
Alter inhæſuro ſimilis, jam jamq́; tenere
Sperat, & extremo ſtringit veſtigia roſtro;
Alter in ambiguo eſt, an ſit comprênſus, & ipſis
Morſibus eripitur, tangentiaq́; ora relinquit. *Ovid.* 3. *Met.*
-- -- -- -- Ut vividus Umber
Inſtat hians; jam jamq́; tenet, ſimilisqvé tenenti,
Increpuit malis, morſuqvé eluſus inani.
Virg. 12. *Æn.*
Twoiá rzecz do kądźiele, zá piec, zá śię.
v. *Do kądźiele &c.*
-- -- -- Sed te decor iſte, quod optas,
Eſſe vetat, votoq́; tuo, tua forma repugnat. *Ovid. l.* 1. *Met.*
Non ſunt aptæ tuæ grandia vela rati.
Propert.
Conveniunt cymbæ vela minora tuæ. *Ovi.*
-- -- Thragicos decet ira cothurnos;
Verſibus è medijs ſoccus habendus erit. *Id.*

Utilis ungendis axibus esse potes. *Mart. l. 2. epigr. 77.*

Non ea vis animo, nec tanta potentia victis. *Virg. 2. Æn.*

-- -- -- Tu stamina nôsse;
Tu segnes operum solers urgere puellas,
Et niveam dominæ pensis involvere lanam. *Claud. l. 1. in Ruf.*

Ducant pensa viri, mutatoq; ordine rerũ,
Vivat Amazonio confusa licentia ritu. *Id. l. 2. in Ruf.*

Ty komu ßczubcią, á tobie Pan Bog garzcią.

Non est quod credas, quenquam fieri alienâ infelicitate felicem. *Sen. epist. 94.*

Nullus rapinis ditior extitit:
Sortes minorant, qui cumulant suas
Et aggravato dives omnis
Pauperior fuerat cliente. *Auct.*

Parvo crumenam si vacuas meam,
Majore raptu diripiet tuam
Fortuna, vindex; namqvé justus
Attentat, Deus omne raptum. *Id.*

Depauperatis sortibus indigus
Est fiscus omnis: qui locuples malè
Et comparatis ex minorum
Divitijs volet esse fartus. *Id.*

Injuriati non penoris tibi
Pauperulorum sufficient opes:

Deus

Deus tricenum fert tuorum,
Dum decimis aliena mulges. *Auct.*

Tylko chćiey, á śmiey. v. *Smiey &c.* v. *Chcącemu &c.*

Quid quisq; posset, nisi tentando non didicit. *Sen. c. 4. de Provid.*

Velle, posse est. *Id. ibid.*

Voluntas tua opus est, & opera tua voluntati obediunt. *Origen.*

-- Polo crescant Alpes, altusq; coruscos
Apenninus agat scopulos, per saxa nivesqvé,
Per cœlum, est qui pandat iter. - - *Sil. It.*

Prima tuæ veniat menti fiducia: cuncta
Posse capi; capies: tu modò tende plagas. *Ovid.*

-- -- -- Quidquid atrocior
Procella, discordesqvé Parcæ
Grande struunt, generosiore
Evince nisu. -- -- -- *Ines.*

Potentia rem impensè volentis immetata est; quæ nec scopo aliquo, nec scopulo arcetur. *Auct.*

Tylko mię, tylko go cień.

Et desunt fatis sola sepulchra meis. *Ovid.*

Nec satis exactum, corpus, an umbra forem. *Idem.*

-- -- -- Jam lumina retrò
Exesis fugère genis; jam lurida solâ

Tecta

Tecta cute, & venis malè juncta trementibus ossa
Extant consumptis visu deformia membris. *Sil.*
Qui ossa, atq; pellis totus est, ita curâ macet;
Quin exta inspicere in sole etiam licet vivo:
Ita is pellucet, quasi lucerna Punica. *Plaut. in Aularia.*
Et neq; sunt vires, nec qui, color esse solebat,
Vix habeo tenuem, quæ tegat ossa, cutem. *Ovid.*

Tyran. v. Z piekłá rodem.

-- -- Non catulorum oblita leæna
Sævior erravit campis, nec funera vulgo
Tam multa informes, stragemq; dedêre
Per silvas, nec sævus aper, nec pessima tigris. *Virg. 3. Georg.*
O mites Diomedis equi! Busiridis aræ
Clementes! jam Cinna pius, jam Sparthace lenis
Rufino collatus erit. - - - *Claud. l. 1. in Ruf.*
-- -- -- -- Vicina ferarum
Rictibus ingenia, & ducti de marmore mores. *Sil.*
Hæc neq; in Armenijs tigres fecêre latebris. *Lucan.*

-- Hunc

-- -- Hunc tigris Armenis
Effudit oris, hunc maris exſpuit
Iratus ardor; vel Megæra
Eumenidum docuit ſub antris. *Avanc.*
Aut de nivali prodita Caucaſo,
Aut fuſa ſaxis mens Borealibus. *Id.*

Tyś mi dał przyczynę.

Auſus es infido ſic prior ore loqui. *Ovid.*
Extat adhuc nemo ſaucius ore meo. *Id.*
Verboſa rixis jurgia fervidis
Miſcet protervus, pacificas potens
Exaſperatis innocentûm
Litigijs furiare mentes. *Auct.*
Tu jurgioſæ prælia provocas
Acerba linguæ; litibus impetens
Injurioſis, me tacentem
Impatiens rabies momordit. *Id.*

Tyś Pan, tyś Dobrodźiey. (bus;

Nunquàm pigra fuit noſtris tua gratia re-
Nec mihi munificas arca negavit opes.
Ovid. 4. de Ponto.
Tu mihi noſtrarum ſemper fiducia rerũ,
Tu mihi confugium, tu mihi portus
eras. *Idem.*
Te mea, ſuppoſitâ veluti trabe, fulta ru-
ina;
Si quid adhuc ego ſum, muneris o-
mne tui. *Idem.*

Jam

Jam propè depoſitus, certè jam frigidus
æger,
Servatꝰ per te (*ſi modò ſerver*) ero. *Ovi.*
Quæq; ita concuſſa eſt, ut jam caſura pu-
tetur,
Reſtat adhuc humeris fulta ruina tuis.
In te labantis languida pondera. (*Id.*
Sortis reclino: tu ſtatus, & ſalus
Meæ ſalutis: tu mearum
Grande decꝰ columenq; rerũ. *Auct.*

V.

V Błaga ſię to. v. *Przeſtrzelemy to.*
Triſtia leniri Numina poſſe Dei. *Ovid.*
Compacta fibris ſint adamantinis,
Cedent modeſtæ corda proterviæ:
Et ſurda quamvis auris eſſet,
Sollicitis precibus patebit. *Auct.*
Et efferatas quamlibet indoles
Submiſſa frangunt verba precantium;
Vox una triſtis ſupplicantûm
Edomuit rigidos Catones. *Id.*
Audire noſtras concava montium
Voces videntur; vocibus aſſonat
Echo retuſis ex petrarum
Fragminibus, tacitisq; ſilvis. *Id.*
Vbogiemu piſkorz. v. *Ná pochyłe &c.* v. *Ná u-
bogiego &c.* v. *Pieſſemu &c.*
Calamitatibus inſontium expletur avari-
tia. *Tacit.* Quo-

Quotidianum eſt & feriale miſeris, nunquàm à plagis feriari. *Auct.*

Potentiorum illæſa manſerunt caſtra, imbecilles frequenti impetu arietat fortuna. *Idem.*

Imbelles feras & poſtremam ſilvarum ſtirpem lepores, etiam feles & corvi inſectantur, in tigrides & leonum cubilia, rara eſt audacia. *Idem.*

Vbogo, ále chędogo.

Frugalitatem exigit Philoſophia, non pœnam; poteſt autem non incompta eſſe frugalitas. *Sen. epiſt. 5.*

Fortes animos aſpernari luxuriem, non marcidâ tamen viles rerum ſuarum incuriâ jacere. *Barcl.*

Lacernularum tegmine ſordido
Induta virtus vilior ambulat;
Togata cultu, per modeſto
Et ſtoicas decuit cohortes. *Auct.*

Vczony.

Nam quis ab Aonio largiùs amne bibit?
Cujus Pimplæo lyra clarior exit ab antro?
Quem plus Pierio de grege Phœbus amat. *Mart. l. 12. epig. 11.*
-- -- -- Rerum, fandiq; peritus;
Quem Muſæ ſtudijs excoluêre ſuis.
Neoter.

-- Tri-

-- -- -- -- Tritonia Pallas
Quem docuit, multâq; insignem reddidit arte. *Neoter.*
-- -- Doctæ non ultima gloria turbæ. *Id.*

Vczony y bitny. v. Bitny y uczony.

-- -- -- Nec notior alter
Gradivo juvenis, nec Phœbo notior alter. *Sil.*
Seu Musas placidus doctæq; silentia vitæ
Mallet, & Aonios plectro mulcere labores,
Non ullum dixêre parem, seu bella vocarent. *Idem.*
Hic satus ad pacem, hic castrensibus utilis armis. *Propert.*
Et cantu Musas, & Martem æquavit honore. *Sil.*

Vdáć swojẹ rzecz, prawić, to było, co nie było.

Incerta certis glutinat, implicat
Commenta veris: miscuit utraqvé;
Mendaciorum conglobatis
Historiam scelerat loquacem. *Auct.*
Narrationes garrulitas solet
Sic comminisci frigida fervidæ
Relationi consobrinas;
Ut facilem mereatur aurem. *Id.*

Vdobrucha śię, przestánie śię dąsáć.
v. *Łagodnośćią &c.*
-- -- Desvetæ silvis in carcere clauso

Mansuevêre feræ, & vultus posuêre minaces,
Atq; hominem didicêre pati. - - *Lucan.*
Rugire torvus dediscit leo;
Humaniores in rabie tigres,
Si mulceantur; murmurantes
Blanditijs cicurantur ursi. *Auct.*
Dùm præliator progreditur leo,
Exasperatas in rabiem jubas
Erexit, at rursùs feroces
Et fremitus tepuêre, & iræ. *Idem.*
Vmarł od strachu. v. *Słupęm stánął &c.*
Reliquit animus, membra quatiuntur, labant,
Torpetq; vinctus gelido sanguis gelu.. *Sen. in Troade.*
-- -- -- -- Vitamqvé nocentem
Integer, & solâ formidine saucius efflat. *Claud.*
Implevitq; vicem jaculi. -- .- -- *Sil. Ital.*
Mens fugit attonito, frigusq; perambulat artus. *Claud.*
Frigidior glacie, semîanimisq; fuit. *Ovi.*
Sanguis abit, mentemqvé calor, corpusqvé relinquit. *Idem.*
Vmie swoję rzecz udáć. v. *Wymowny.*
Hyblæis vox mixta favis; cui sibila serpẽ
Poneret, & sævæ vellent servire novercæ. *Stat.*
Addi-

Addidit invalidæ robur facundia causæ.
Lucan.
Non formosus erat, sed erat facundus Ulysses;
Et tamen æquoreas torsit amore Deas.
Ovid.
Lenocinanti suaviloquentiâ
Non nemo planum Nestora crederet;
At ille vafras tam disertum
Insidias struit inter astum. *Auct.*
Conditus Hyblâ, nectare diffluens
Sermo eloquenti, mentibus ebrijs
Illapsus hæsit; queîs relictum
Perpetuò renovat saporem. *Idem.*
Mendaciorum texere subdolam
Telam malignus cæpit, ut artifex,
Subtile filum sic trahendo,
Implicitas ligat arte mentes. *Id.*
Vmie zá pánią mátką pacierz.
Quosdam indigere operâ alienâ; non ituros, si nemo præcesserit, sed benè secuturos. *Sen. ep. 52.*
Tutò remoti Strymonis incola,
Grus commigrabit trans mare, trans vada,
Erronearum quando gnarus
Prodromus antevolat viarum. *Auct.*
Viator anceps in bivio stetit,
Donec periti traducis adjuvet

Ars hæſitantem, diſcrepantes
Non metuet ſuperare ſaltus. *Idem.*

Vmrzeć wolę, niżeli &c. v: *Wolę umrzeć &c.*

-- -- -- Me priùs ima ſub umbras
Mergat humus. -- -- -- -- *Stat.*
-- -- Lethumqvé juvat præferre pudori. *Lucan.*

Nonné mori ſatius, quàm vitæ ferre pudorem? *Idem.*

Aut ego præmoriar, primoq; extinguar in ævo,
Aut &c. -- -- -- -- -- *Ovid.*

Meliùs eſt inter ſtrenua opera ſemel perire, quàm tot injuriarum patientes precariò vivere. *Barcl.*

Gorgonis eſt ſatiùs torvo obdureſcere (vultu:
Caucaſias etiã ſi pateremur aves. *Proper*

Vpić się. v. *Przepił cały dźień.* v. *Rozgárdyaß*

-- -- Convivæ valido titubantia vino
Membra movent, dubij ſtantqvé labantqvé pedes. *Ovid. 6. Faſt.*

Vix pes figebat dubios titubanti poplite greſſus. *Paling.*

Gaudebitqvé mero, mergetqvé in pocula mentem. *Idem*

-- -- Hominem cùm vini vis penetravit
Acris, & in venas diſceſſit plurimus ardor
Conſequitur gravitas membrorum, præpediuntur

Crura, vacillanti tardeſcit lingua, madet
mens,
Nant oculi, clamor, ſingultus, jurgia gliſcunt. *Lucret. l. 3.*
Stupet cerebrum, ſed caput ducit choros; vinum loqvuntur lumina, vinoq; ſtillant, tota mens vino madet, caduca fallit tibia. *Ines.*

Vprządł ſobie fántázyą. v. *Klinem mu &c.*

In Pompejanis votum eſt Pharſalia caſtris. *Lucan.*

In deſtinata mente per arduum
Stat ire clivum, viribus ultimis,
Nitiq; ſupra verticoſum
Montis Olympiaci cacumen. *Auct.*

Audax jugoſis Alpibus Annibal
Neſcit teneri : frangit & obvias
Rupes aceto, pertinaces
Et macerat ſcrupulos viarum. *Id.*

Vrodá káždego znieẃoli.

Vultus adeſt precibus, facies formoſa perorat. *Lucan.*

Quis tibi veſani veniam nō donet amoris
Antoni ? durū cùm Cæſaris hauſerit ignis
Pectus. -- -- -- -- -- *Idem.*

Iliacis domibus facie Spartana nocenti. *Ovid.*

O facies oculis inſidioſa meis ! *Idem.*

-- Antiquo Nirêus adamatus Homero,
Najadumq; tener crimine raptus Hy-
Vrodźiwy, urodźiwa. (las. *Ovid.*
Forma nisi in veras nō cadit ista Deas. *Ovi.*
Forma est impenso naturæ adjuta favore.
Sil. Ital.
Sic roseis stat forma genis, sic frontis ho-
noræ
Fulget apex, tales accendunt lumina flam-
mæ. *Barcl.*
Candidior folio nivei Galatæa ligustri;
Floridior prato, longâ procerior alno;
Splendidior vitro, platano cōspectior altâ;
Lucidior glacie, riguo formosior horto,
Non hæc labra rosæ, non colla pruinæ,
Non crines æquant violæ, non lumina
flammæ. *Virg.*
Nec tibi pars usquàm Phrygiæ, nec solis
ab ortu,
Inter formosas altera nomen habet.
Ovid. ep. Her.
Vskrobał. v. Nożká Pan. v. Zbierác &c.
-- -- Medijsq; elapsus Achivis. *Virgil.*
Trojus Æneas Libycis ereptus ab undis.
Id. 1. Æn.
-- -- -- -- -- Tene
Aspicio tantis ereptum nate periclis? *Id.*
-- -- -- Pestem evadere belli
Juvit, & Argolicos medium fugisse per
ignes. *Id. 2. Æn.* -- Sic

Sic aquilam fugiunt pennâ trepidante columbæ. *Ovid. 4. Met.*
Fugit insanæ similis procellæ,
Ocyor nubes glomerante Coro. *Sen. in Hip.*
Haud ulli visꝰ durant æquare volantem. *Sil. Ital.*
Jamqvé pedem referens, casus evaserat omnes. *Virg. 4. Georg.*
Vstąpić lepiey. v. *Ostrożnie &c.* v. *Nie mojá rzecz.*
(*Ovid.*
Cedere cœlitibus verbisq́; minoribus uti.
-- -- Quando valentior
Te pressit hostis, tunc recede,
Tunc humilem juvat esse fastum. *Auct.*
Non omne eluctaris malum, cum quo validè luctaris: citiùs omnibus excedes periculis, si quibusdam cedes. *Id.*
Quis navigaret, dum furit Æolus
Dislimitatis littoribus maris?
Tunc vela prudens alligata
Euboicis tenet in procellis. *Idem.*
V tego táńcá dwá końcá. v. *Jeszcze to nie Amē.*
Nec dûm debueras certos cecinisse triumphos:
Fallimur incæptis; exitus acta probat.
Vix ominatis principijs crepas, (*Auct.*
Jamq́; intonâsti classica, jam tubæ
Strepunt, sed audi, finientur
Auspicijs quibus inchoata? *Id.*

Vtonąć przy brzegu.

Nec procul à metis, quas pænè tenere videbar,
Curriculo gravis est facta ruina meo. *Ovid.*

Jam jam propinqvum contigeram scopū,
Temone libans, dissilijt gradu
Sed jam ultimo fractus, rotisqvé
Curriculus cecidit supinis. *Auct.*

Carina victrix, tunc rabientibus
Major procellis, nescia carbasis
Lædi secundis, lachrymoso
Naufragio propè mersa portum. *Id.*

Vtrapiony człowiek. v. Ile włosów &c.

Obruitur tot casibus, veluti per diversos alveos inundantibus, miserrimum caput. *Barcl.*

Quæ patimur, multo spicula felle madēt. *Ovid.*

Nunc & amara dies, & noctis amarior umbra,
Omnia nam tristi tempora felle madent. *Tibull.*

-- Et magnas latrant mea pectora curas,
Et vigiles acuunt suspiria tristia mentes. *Stat. l. 2. Theb.*

-- -- -- -- Funere pejor
Mens ægra, atq; altæ divulso in pectore curæ. *Barcl.*

Nun-

Nunquàm in pace ſopor, ſed turbida noctis imago
Territat. -- -- -- -- -- *Stat. l. 2. Theb.*

Vtrapionemu nie przyday utrapienia.

Utq; meæ famam tenuent oblivia culpæ,
Facta cicatricẽ ducere noſtra ſine. *Ovi.*
-- Quicunq; es, reſcindere vulnera noli;
Deq; gravi duras vulnere tolle manꝰ. *Id.*
Membra reformidant mollem quoq; ſaucia tactum. *Id.*
-- Fortunæ telis confixus iniquis;
Pectore non ſentit nîl, niſi triſte ſuo. *Id.*
Perempta crudis corda doloribus
Quis ſauciabit? Sit niſi ſævior
Dracone ſævo, vel coæquet
Armenias feritate tigres. *Auct.*
Inuſitatæ norma tyrannidis,
Secare plagas vulneribus novis:
Buſiris iſtud vix patraret,
Vix opifex Pharij juvenci. *Idem.*

W.

Wcichośći, bez gośći, w komorze, w pokorze &c.

-- -- Meliùs tegit
Privata virtus, & popularia
Nunquàm volaturum per ora
Celat iners ſinè laude tectum. *Sarbiev. l. 4. O. 12.*

Semota, laudem ſi meruit, vetat
Audire virtus. -- -- -- *Id. ibid.*
Faſtigiatis hoſpes in ædibus
Fulgere noli; ceſpite tutiùs
Pauper modeſto conſidebis,
Vimineâ benè tectus æde. *Auct.*
Effulta celſis ſub penetralibus
Superbiorum gloria nominum:
Stet tecto eburno ampla inquilina;
Arbutei mihi ſint penates. *Id.*
Tumultuoſi ſe benè cœtibus
Subducta virtus ſegregat atrij;
Ut ſic latentem, nec clientûm
Aura gregum popularis afflet. *Id.*
W co go tknieſſ, to może, to umie, to godźien.
v. *Z piekłá &c.*
--- Concilijs habitus non futilis auctor.
Virgil.
Temporibus ſervire decet: qui tempora certis (bunt,
Ponderibus penſabit; eum ſi bella voca-
Miles erit; ſi pax, poſitis toga veſtiet armis. *Lucan.*
Sublimat ingens ingenium caput;
Inclinat autem grata modeſtia;
Utroq; præfert à colore
Magnificos humilesq; mores. *Auct.*
Nunc erudito primus in agmine;
Nunc bellicoſis primus in artibus;
Nunc

Nunc eſt jocoſus, nunc Catonis
Eſſe poteſt rigidus ſodalis. *Auct.*
Natura pulchris dotibus inclyta,
Felix amœno mentis acumine;
Utrumq; præſtans, ſive amari,
Sive coli pariter meretur. *Id.*

W cudze; dwie łyſki miodu diaboł włożył, á w ſwoje, łyſkę.

Nulli, ad aliena reſpicienti, ſua placent.
Sen. l. 3. c. 31. de Ira.

-- -- -- Vetitisqvé potiri
Dulcius eſt, ſordent, quæ poſſunt ſemper haberi. *Paling.*

Fertilior ſeges eſt alieno ſemper in agro,
Vicinumq; pecus grandiuis uber habet. *Ovid.*

Hæres Hymetti perpes & Incola
Apis, relinquit mella domeſtica,
Majore curâ quærit herbas
Contiguos volitans per hortos. *Auct.*

Immunisq; ſedens aliena ad pabula fucꝰ.
Virg. l. 3. Georg.

Fucus liquato paſcitur in favo;
Veſpæ ad ſapores nectareos volant,
Apum labores, propriumqvé
Deſipuit; ſua nauſeantur. *Auct.*

Fumos, culinas, olfacit & focos
Viciniores ingluvies, cibum

Domi

Domi recoctum non vorabit,
Plus ſapiunt alibi parata. *Auct.*
Raró lupinis caula cubilibus
Vicina plangit; damna mapalibus
Sunt parva notis: in remotis
Sæva fames gregibus quieſcit. *Id.*

W czepku śię urodźił. v. *Szczęśliwy.*

-- -- -- -- -- Natum
Dijs equidem auſpicibus reor, & Junone ſecundâ. *Neot.*
Huic ſemper vultum ſervat fortuna ſecundum. *Idem.*
O tibi felicem terq; quaterq; diem? *Id.*
-- -- -- -- Uſus amœnâ
Fortunâ, ſemperq; Deos expertus amicos. *Idem.*
O fortunatæ gētes! Saturnia regna! *Ovi.*

W dobrym byciu y naylepßy śię zepſuje.

-- Ut opes nimias mundo fortuna ſubacto
Intulit, rebus mores ceſsêre ſecūdis. *Luca.*
-- Difficile eſt, opibus nō tradere mores,
Et cùm tot Crœſos viceris, eſſe Numam. *Martial.*
Nullus eſt adeò macilentus eqvus, qui in Majo non hinniat. *Guevarra.*
Fortuna fauſtis uſa Favonijs,
Et inſolenti pingvior ocio,
Licentioſis vela pandet

Crimi-

Criminibus, facilemqvé puppim
Profundiores in ſcelerum mare
Trudet per æſtus. -- -- *Auctor.*
Oloris albi plurima culcitram
Cui pluma mollem ſtraverit, hic piger
In ſomnolentæ criminoſo
Deſidiæ jacuit ſopore. *Idem.*

W gałki tobie grać.

Et puer es, nec te quidquam niſi ludere
oportet. *Ovid.*
Qui puer es, cur æqua viro moliris? &
ipſos
Viſa fuit moles iſta gravare viros. *Maßen.*
Magna petis Phaëton, & quæ non viribus
iſtis
Munera conveniant, nec tam puerilibus
annis. *Ovid. 2. Met.*
Quid fræna magni Caſtoris arripis,
Quem inter minores vix in arundine
Tibi ſodales comparatos,
Conveniens equitare longa? *Auct.*

W gorącey wodźie kąpány.

Impatiensqvé moræ, venturisqvé omni-
bus æger. *Lucan.*
Ad lentiores conſilij moras
Effectuandi totus inæſtuat:
Momenta pectus tardiora
Dilacerant remorantis horæ. *Auct.*

Minu-

Minuta tardis lenta quadrantibus
Menſurat omnis, non patiens pati
Rem terminari : torquet omne,
Quod celeri pede non peractũ. *Auct.*

W jednem dole wilk z kozą, zgodą śiedźieć będą.

Eadem ſuperos Tròés & Danai rogant. *Sen. in Agam. in una ſcilicet navi, tempeſtate jactati, ex periculo maris liberari petunt victi & victores.*

Sævùm frementes ſêu Deus uniet,
Seu caſus uno conſociat malo
Pœnæ ſodales; nec viciſſim
Jam miſeros juvat æmulari. *Auct.*

Detruſi in unum ſi duo carcerem
Hoſtes tenentur, friget inermibus
Captivus ardor; pœna utrumqvé
Una parem, facit una amicos. *Id.*

In artefactam decipulam ſimul
Cum agno cruentus ſi cecidit lupus,
Videntur ambo agni eſſe, adactis
Fœderibus cicurantur iræ. *Idem.*

W myſzey ćię jámie znaydę. v. *Dośiągnę &c.*

— — — Te licèt terra ultimo
Summota mundo dirimat Oceani plagis,
Orbemq; noſtris pedibus obverſũ colas,
— — — Sceleribus pœnas dabis. *Sen. in Hippol.*

Pro-

Profugum per omnes latebras premam,
Longinqua, clausa, abstrusa, diversa, invia
Emetiemur; nullus obstabit locus. *Id.ibid.*

W nieszczęściu przyjaćielá poznáć. v. *Przyjaćielá &c.*

Veri amici, si in extremis eorum fides duraret. *Sen.*

Cùm Deus intonuit, non se subducere nimbo;
Id demùm est pietas, id socialis amor. *Ovid.*

Fidem illius nulla vis tempestatis libavit. *Barcl.*

Libata nullo tempore vel malo
Tunc se probabit, si maneat fides:
Lætorum amici prompti, inane
Nomen amicitiæ tenebunt. *Auct.*

W niwecz obrocić.

Jam cinis est tantùm flebile Troja solum. *Ovid.*

Omnia dilacerat, deperdere cuncta laborat. *Lucan.*

Cuncta licèt ferro, latè populatur & igni.

-- -- -- Undiq; Troja gaza (*Virg.*
Incensis erepta adytis, mensæq; Deorum. *Idem.*

-- -- -- Inclementia Divûm
Has evertit opes, sterniqvé à culmine Trojam. *Idem.*

Cadit

Cadit ruentis gloria Pergami,
Et Dardanarum culmina turrium;
Muri dehiſcunt in ruinas;
In cineres abeunt trophæa. *Auct.*

W obá czásy; ják wieniec z róży y z pokrzyw uwity.

Aliquando ſereno uſus eſt, aliquando validi ſideris fulgur per nubila emicuit. *Seneca.*

Mille mali ſpecies, mille ſalutis erant. *Ovid.*

Nunc inquieti turbinis impetu,
Nunc uſa fauſtis vela Favonijs;
Utramqvé ſpem inter fluctuatur;
Ambiguis favet aura ventis. *Auct.*

W ogięńby ſkoczył. v. Smiáły.

Me nec Chymæræ ſpiritus igneæ,
Nec ſi reſurgat centimanus Gigas,
Divellet unquàm. *Horat.*

Eſt mihi per ſævas impetus ire feras. *Ovi.*

-- -- Me nec inhoſpitus
Terrebit axis, me nec Olympicæ
Urſæqvé, tauriqvé, & ſuperbo
Marmaricus leo ſiſtet ungui. *Ines.*

Tremenda ſparſim fulgura ſi ruant;
Si tetra nubes obſtrepat ignibus;
Audax apertis intuetur
Fulmineum cilijs Tonantem. *Auct.*

W oká-

W okázy męża, człowieka poznać.

Non esse magnum, se rebus prosperis fortem gerere, ubi secundo cursu vita procedit: nec gubernatoris quidem artem tranquillum mare, & obsequens ventus ostendit: adversi aliquid incurrat, oportet, quod animum probet. *Sen. c. 6. ad Marc.*

Gubernatorem in tempestate, militem in acie intelligas. *Id. c. 4. de Provid.*

Nihil prodest gubernator in tempestate nauseabundus & vomitans. *Id. c. 4. de Const.*

Nescio an magis vires sapientia ostendat tranquilla inter lacessentia; sicut maximum argumentum est boni imperatoris, armis virisq; pollentis, tuta securitas & in hostium terra. *Id. c. 4. de Const. Sap.*

Ille vir fuerit, qui periculis undiq; imminentibus, armis circà, & catenis frementibus non alliserit virtutem, nec absconderit. *Id. c. 3. de Tranquill. animi.*

Non mirum est, in tranquillitate non concuti; illud mirare: ibi extolli aliquem, ubi omnes deprimuntur: ibi stare, ubi omnes jacent. *Id. epist. 71.*

Turpis est navigij rector, cui gubernacula fluctus eripiunt, qui fluctuantia vela dese-

deſeruit, permiſit tempeſtati ratem, at ille vel in naufragio laudandus, quem obruit mare clavum tenentem & obnixum. *Sen. c. 6. ad Marc.*

Cùm mare compoſitum eſt, ſecurus navita ceſſat;
Cùm tumet, auxilijs aſſidet ille ſuis. *Ovi.*

-- -- -- Nunc illas promite vires,
Nunc animos, quibus in Getulis Syrtibus uſi,
Jonioq; mari, Malææqvé ſequacibus undis. *Virgil.*

In æquore tranquilla vacat nautæ pericia, æſtuante pelago per inimicos vortices portum legere, elogium eſt gubernatoris. *Auct.*

Tenendum eſt rapiente fluctu gubernaculum, luctandum cum ipſo mari & ventis, eripienda ſunt vela rapientibus; ſi navis mergatur, & nomen rectoris dignum eſt fluctibus obrui. *Idem.*

W ſámem razie uſtáć.

Fluctibus in medijs navim Palinure relinquis. *Virgil.*

Languet retuſis viribus, hîc ubi
Res urget actum: portat inertibus
Pondus lacertis, quod labore
Herculeo eſt benè ſuccolandũ. *Auct.*

Dum

Dum vir juvandis poſcitur in malis,
Virum negâſti ; jam ratis ultimis
Rapta eſt procellis, tu procellis
Jam fereris Palinure victus. *Auct.*
W tęż mi gray.
Hæc placet, hæc quoniam vulgaris fabula non eſt. *Ovid. 4. Met.*
Hæc placet, hæc animi ſunt alimenta mei. *Idem.*
Wdżięczęn ći tego będę. v. Nigdyć &c.
Et benè apud memores veteris ſtat gratia facti. *Ovid. 1. Triſt.*
Spiritus hic vacuas priùs extenuandus in auras,
Ibit, & in tepido differet oſsa rogo ;
Quàm ſubeant animo meritorum oblivia noſtro,
Et longâ pietas excidat iſta die. *Id. epiſt. 7. Heroid.*
Plena tot, ac tantis referetur gratia factis,
Nec ſinet ille tuos littꝯ arare boves. *Id.*
Nihil carius æſtimamus quàm beneficium, dum petimus, nihil vilius, cùm accepimus. *Sen. epiſt. 81.*
Według ſtánu grobla. v. Pięḋzią śię &c.
Non facit ad noſtras hoſtia major opes. *Ovid.*
-- -- Tenuis mihi campus aratur ;
Illud erit magnæ felicitatis opus. *Id.*

Magnis telis magna portenta feriuntur.
Sen. epist. 82.
Activitatis vix aliquid fuit
Non actuoso; viribus integer
Mensurat ausus, fortioris
Ex brachij solido valore. *Auct.*
Mactare muscas, victima dexteræ
Est par minori: verùm aper, & leo,
Et Styx, & hydra, & Phlægra bellax,
Herculei labor est laboris. *Id.*
Cœlum torosus fulciet Hercules,
Atlas Olympum cæliger efferet;
Pygmæa virtus comminutis
Furfuribus par erit ferendis. *Idem.*
Wesoły nam czás náſtał.
Diffuditq; animos omnibus ista dies. *Ovi.*
Decurrunt albiqvé dies horæqvé serenæ.
Sil. Ital.
-- Nunc alma salus, nunc sæcula curat
Jupiter. -- -- -- -- -- *Barcl.*
Quâq; ibis manibus circumplaudêre tu-
orum, (4. *Fast.*
Undiq; jactato flore tegente vias. *Ovid.*
Tempora Phœbeâ lauro cingentur, ioq; !
Miles io magnâ voce triumphe, ca-
net! *Id. ibid.*
-- -- -- Jam nube repulsâ
Tristitiæ, lætos hilarabunt gaudia vultus.
Paling.
We

We ſtu koni tego nie dogoniſz, coć moment opoźni. v. *Czás płynie.*

Et levibus curis magna perire bona. *Propert. l.* 1. *el.* 15.

Mobile tempus abit, mora nulla fugacibus annis. *Mart.*

Quidquid vel veniens, vel fugiens lavat
Ætas, Pegaſeo corripiet gradu. *Sen. in Troade.*

Ruunt citato tempora Pegaſo. *Avanc.*

Feſſus requires mille laboribus,
Quod dormienti ſegnitie perit:
Quod una differt negligenter,
Mille parùm reparatur horis. *Auct.*

Wet zá wet, v. *To zá to.*

Non eſt injuria, pati, quod prior feceris. (*Sen.*

Non eſt æquiùs, quàm æquè & æqualiter ab eo injuriam ferre, cui eam prior intuliſti. *Auct.*

Redit repenſo fœnore gratia;
Nulloſq; cenſus parca manus tulit:
Velut mereris, ſic lucraris:
Ex merito meritum reportas. *Idem.*

Wiátru śię złego boi. v. *Piſklá &c.* v. *Ják z wrzodem.*

Hunc neq; candentes audent veſtire pruinæ,
Hunc auræ pulſare timent, hunc lædere venti. *Claud. de Nupt. Honor.*

Quorum delicatas mentes enervavit felicitas, ad leviſſimarum injuriarum motus collabuntur. *Sen. c. 2. ad Helv.*

Omne invalidum, naturâ querulum. *Id. l. 1. c. 13. de Ira.*

Exulcerata & ægra corpora ad ictus leviſſimos gemunt. *Id. l. 1. c. 16. de Ira.*

Wie święty Marcin, zá co ſobie dał płaſzczá urznąć.

-- -- -- -- Non magna relinquam,
Magna ſequar. -- -- -- -- -- *Ovid.*
Non ſiccum ſterili vomere littus aro. *Id.*
Si fuit errandum, cauſas habet error honeſtas. *Idem.*

-- -- -- -- Nec pondera ſentit,
Quæ prodeſſe putat. -- -- -- -- *Sidon.*

Mercede parvâ multum emitur benè;
Eſt queſtuoſum pro modico lucrum:
Nunquàm gravabor commodâſſe,
Centuplici repetenda fructu. *Auct.*
Non pœnitebis, ſi valeas duplum
Simplo mereri: grandia talibus
Sunt lucra damnis, dùm reportas
Quod dederas, meliore cenſu. *Id.*

Wiedzą ſąśiedźi, jáko kto śiedźi.

An putat ignotam nequitiam eſſe ſuam? *Ovid.*

Non te ſeratis abdo cubiculis,
Sepemqvé denſa de platano ſtruas:

Vici-

Vicina totum ſpectat ædes;
Contiguis oculis notaris. *Auct.*
Occlude rimas, & patulas fores
Affabrefactus peſſulus apprimat:
Arcana vicinus videbit,
Ut recitet tua curioſus. *Idem.*
Exiſtimas tu, quòd lateat tuum
Crimen? loqvuntur compita; garrula
Et fama carpit, carpit ira:
Conſpicuus fueras latendo. *Idem.*
Wielkich ludźi wielkie bywáją grzechy.
-- -- -- Tantò conſpectius in ſe
Crimen habet, quantò major, qui peccat, habetur. *Juven. Sat. 8.*
Altè virtus animoſa cadit. *Sen. in Herc. fur.*
Perlucet omne regiæ vitium domûs. *Id. in Agam.*
Peccata ſemper grandia grandium;
Majusq; nomen criminibus venit;
Potentiorum ſi patrentur
Sub titulis, titulos tenebunt. *Auct.*
Auctore magno majus erit nefas;
Agreſtioris ruris erunt leves
Noxæ, potentûm ſunt potentes
Nobilitat ſcelus ipſe peccans. *Id.*
Induta pulchram crimina purpuram
Magìs refulgent: lurida pinguibus
Lacerna non ſic denotatur,
Ut maculis vitiatur oſtrum. *Idem.*

Wiem, zá cobym tego nie dał.

Hæc mihi de victis potior victoriaParthis,
Hæc ſpolia, hæc Reges, hæc mihi cur
rus erit. *Propert.*
Vertice jam videor cœlos tetigiſſe ſuperbo, (*Auct.*
Quando venit votis iſta corona meis.
Hæc lauros virides, hæc portat gloria palmas; (erit. *Id.*
Una hæc magnificus cauſa triumphus
Belligeros Druſos, victores noſco Camillos,
Et duo Scipiadas fulmina Martis amo.
Nec me Numinibus ſors eximit, & mea tantis (is. *Id.*
Illorum hîc meritis æquo trophæa me-
Aurea non cupio Capitolia ſcandere victor, (*Idem.*
Iſta triumphales dat mihi palma dies

Wieźie zá drugiemi mydło. v. Dáleko kusy &c.

Eſt miſer nemo, niſi comparatus. *Sen. in A-*
Præcedit Umber præcipiti pede, (*gem.*
Liciſca motus non agiles habet:
Hic præſtat, hic reſtat, proculqvé
Poſt celerē pigritando manſit. *Auct.*
Si compareris, compar eris putas
Agone inuncto nane gigantibus
Puſille vaſtis? qualis eſſet
Æmulus Hectoris Aſtyanax. *Idem.*

Wil-

Wilcza pokorá. v. *Owieczká &c.* v. *W jednem &c.*

Inſontis ſpeciem præbuit ipſe nocens. *Ovi.*
Immanem animum ſubdolâ modeſtiâ texit. *Tacit.* 12. *Annal.*
Animisq; pulchram turpib9 faciẽ induit:
Pudor impudentem celat; audacẽ qvies;
Pietas nefandum; vera fallaces probant;
Simulantq; molles dura. - - *Sen. in Hyppol.*
Amænioris cultibus indolis
Amicta fœdos impietas tegit
Vultus: truces ac pervicaces
Sub ſpecie latuêre blanda. *Auct.*
In neceſſitatem diſtulit pœnitẽtia larvam. *Idem.*
In ficto plus triſtitiæ extimæ, quàm veræ pœnitentiæ. *Idem.*

Wilk chowány, przyjaciel jednány. v. *Dłużey śię złe &c.*

Nunquàm bonâ fide odia manſueſcunt. *Sen. epiſt.* 118.
In animo revolvente iras, etiamſi impetus offenſionis elanguerunt, valebat memoria. *Tacit. l.* 4. *Annal.*
In ſapientis quoq; animo, etiam cùm vulnus ſanatum fuerit, cicatrix manet. *Sen. l.* 1. *c.* 16. *de Ira.*

-- Ab-

--- Abruptis etiamnum flebile venis
Vulnus hiat, magnæq; patet via lubrica
plagæ. *Stat. l. 1. Silv.*
Intereà tacitum vivit sub pectore vulnus.
Virg. 4. Æn.
-- Juno æternum servat sub pectore vulnus. *Id. 1. Æn.*
Quamlibet extinctos injuria suscitat ignes. *Ovid.*
Vulnus in antiqvum redijt malè sana ci(catrix. *Id.*
In tempus posita, ad renovandum bella
coquebat. *Sil.*
Æterna sunt semel læsæ mentis vulnera, & plures reconciliatio, quàm professum odium extinxit. *Barcl.*
Fracta semel fides nunquàm solido fœdere coaluit; toties irrita, quoties irritata. *Auct.*
Pœnitens amicitia semper est instabilis, vix se errâsse doluit, illicò errare non dubitavit provocata. *Idem.*
Magni dolores irati amoris sunt, dum complanantur; sed pacatus dolor si irasci cogatur, præ manu furorem habet.
Wilká do owczárni zámknąć. (*Id.*
Plenum montano credis ovile lupo. *Ovi.*
Janua per nostras est adaperta manus. *Id.*
-- -- -- -- Floribus Austrum,
-- Et liquidis immisi fontibus apros. *Stat.*
Fidele

Fidele vafris officium lupis
Concredidisti: credis ovilia
Tutanda raptori, qui relictas
Est genitus jugulare caulas. *Auct.*

Wilká náturá do láſá ćiągnie. v. *Náturá wilká &c.*

Cùm benè ſint clauſæ caveâ Pandione na-(tæ,
Nititur in ſilvas quæq; redire ſuas. *Ovi.*

Qui tonſor fueras totâ notiſſimus urbe,
Et poſt hæc dominæ munere factus eques: (erit. *Mart. l. 7 epig. 64.*
Quid supereſt? iterum credite tonſor

Quid efferati colla monilibus
Cingis leonis? ſurrigit en jubas,
Torquesq; ſpernens, liberari,
Et ſpecubus latitare mavult. *Auct.*

Wilkiem oráć, oſtátnia.

Malè reſpondent coacta ingenia; reluctante naturâ irritus labor eſt. *Sen. c. 6. de Tranquill. animi.*

Luxurioſo frugalitas pœna eſt; pigro ſupplicij loco labor eſt; delicatus miſeretur induſtrij; deſidioſo ſtudere, torqueri eſt. *Id. epiſt. 71.*

Urgentiores imperij minæ
Mentes adactas exſtimulant quidem;
Iſtis ſed ipſis non acuta,
Sed ſtimulis hebetata virtus. *Auct.*

Quid-

Quidquid voluntas libera perficit,
Id omne semper perficit optimè;
Compulsa verò, vel renitens
Nîl faciet generosioris. *Auct.*
Quod tu catenis, compede, vinculis
Pulchrum flagellis excuties opus?
Captiva virtus nîl valebit
Artificum manibus ligatis. *Id.*

Wilku mow pacierz, á on mowi: owcá.

Quod vult, non quod est, audit semper, qui decrevit errare. *Chrysol. Serm.* 131.

Monendi medendiq; ratio, ideò jam magìs in arduo, quòd ipsâ consuetudine morbum amant, & remedia; vel quia suis aversa ingenijs, odêre, vel jam toties sibi frustrà applicata contempsêre. *Barcl. Parenæs. l.* 1.

Frustrà obstinato animo admoventur sanæ narrationes, si illum obsident contrariæ rationes. *Auct.*

Ad durioris marmora pectoris
Hortationes dissiliunt bonæ;
Per omne current ad nefanda
Consilium malè contumaces. *Id.*
Sic obstinatis multa salubriter
Præcepta narras auribus; ut solet
Cantare frustrà, non apertas
Qui loquitur colubris ad aures. *Id.*

Decepta Siren cantat ad oblitas
Aures Ulyssis: portat Ulysseas
Aures & ille ad jussa surdus,
Et monitis nimìs obstinatus. *Auct.*

Wiory lecą, kędy drwá rąbią.

Multa facit miles vulnera, multa refert. *Ovid. 4. Pont.*
Vulneraqvé alternâ dantqvé feruntqvé manu. *Id. 2. Fast.*
-- -- Postquam congressi in prælia totas
Implicuêre inter se acies, legitq́; virũ vir,
Armaqvé corporaqvé, & permisti cæde virorum
Exanimes volvũtur equi. - - *Virg. 11. Æn.*
Certamen atrox multo cum sanguine surgit; (enses;
Pectora pectoribus truduntur, & ensibus
Vulnera vulneribus, mortes quoq́; mortibus atris
Miscentur. -- -- -- -- -- *Mant.*

Wiosná, wesoło.

Cessit hyems, canæqvé nives de montibus altis (reponit
Destillant, viret omne solum, lapsasqvé
Silva comas, renovat Philomela querelas. *Paling.*
Hîc radiant flores, & prati viva voluptas. *Claud.*
Nunc lætæ pecudes, & ovantes gutture corvi. *Virg.* Jam

Jam violas pueriq; legunt hilaresq; puellæ, (Ovid. 3. Trist.
Ruraqvé, quæ nullo nata ſerente ferũt.
-- Polandi jam nuncia veris hirundo
Admonet æquales cum lucibus eſſe tenebras. Idem.
-- -- -- Jam tinnire volucres
Incipiunt, nidosq; reverſa lutabit hirundo. Idem.

Wola dobra ſtoi zá uczynek. v. *Dobrá wolá &c.* v. *Máło zá wiele.*

-- Magnos ſæpe Dijs fuit inter honores
Ceſpes, & exiguo placuerunt farra ſalino. Stat. l. 1. Silv.
Nec quæ de parva pauper Dîjs donat acerra
Thura minùs, grandi quàm data lance placent. Ovid. 4. Pont.

Wołáją łálá! y dźieci y ſtárzy;
Jeźli nie wilcy, to będą pſi ſtárzy.

Etſi non cecidit, potuit cecidiſſe videri. Ovid. 9. Met.
Quod fama plenis garrula compitis
Narrabit, iſtud fabula futilis
Non eſt, erit ſed culpa ſaltèm,
Nomine quod ſceleris vocatur. Auct.
Exaggerato de minimis facit
Clamore vulgus maxima; ſed tamen

Parva

Parvæ frequenter grandiorum
Sub titulis latuêre noxæ. *Auct.*
Quod nuncupatur nomine criminis,
Vulgoqvé visum sub capitalibus
Pœnis luendum, semper illud
Non aliquo vacat à reatu. *Id.*

Saltìm culicem fuisse compertum est. quæcunq; in quopiam ut elephantem admiratæ sunt turbæ. *Idem.*

Wolę umrzeć, niżeli &c. v. *Vmrzeć wolę.* v. *Zyćie mi &c.*

Quantò, non nasci, meliùs fuerat, quàm numerari inter publico malo natos? *Sen. l. 1. c. 18. de Clem.*

Ah potiùs peream, quàm crimine vulnerer isto! *Ovid.*

Nonné mori satiùs, quàm vitæ ferre pudorem? *Stat.*

Vivere non possum, sit mihi posse mori. *Ovid.*

-- Tu magne pater Divûm miserere, tuoq;
Invisum hoc detrude caput sub Tartara ferro;
Quando aliter nequeo crudelem abrumpere vitam. *Virgil.*

Omnes per mortes animam sontem ipse dedissem. *Ovid.*

--- Animum si nulla voluptas
Mulceat, atq; levent solatia nulla laborē;

Si nunquã fas est rebꝰ gaudere secundis,
Præstat Cerbereã saturare famẽ. -- *Paling.*
Wołoßyn, pátrzy zkąd wiátr. v. *Oßust.*
Libravit geminas eventu judice vires
Ad rerum momenta cliens, seseq́; daturus
Victori. --- --- --- -- -- *Claudian.*
-- -- -- -- Fœdera fallax
Ludit,& alternæ perjuria cogitat auræ. *Id.*
Quaslibet ad partes animus nutaverat anceps. *Idem.*
-- Sociat perituro fœdere dextras. *Id. in Ruf. l.* 1.
Pompeianꝰ ego, si vicerit omnia Magnus;
Cæsarianus ego, si vicerit omnia Cæsar. *Lucan.*
Woyny domowe, obiemá niezdrowe.
Nec leviora lues, quàm victus, crimina victor. *Sil. Ital.*
Bella geri placuit nullos habitura triumphos. *Lucan.*
Seu Roma Syllam contudit impium,
Seu Sylla Romam vicerit inclytam;
Uterq; fatalis triumphus
Romuleis fuit ex ruinis. *Auct.*
Tumultuosi civica prælij
Sunt arma damnis noxia proprijs:
Truncando victum victor, acsi
Ipse suum caput amputabit. *Idem.*
Wpadßy

Wpadszy w łápkę darmo śię kręcisz.

Impensiùs in agrestibus feris arctissima vincula, si se extricent, imprimuntur, si quiescant, relaxantur. *Sen. l. 3. c. 16. de Ira.*

Sic laqueos fera, dùm jactat, adstringit; sic aves viscum dum trepidantes excutiunt, plumis omnibus illinunt. *Id. ibid.*

Suffocat ipsum se leo, rumpere
Jam strangulantes si laqveos volet;
Ni conquiescat, vinculato
Nulla salus remanebit urso. *Auct.*

Cùm jam scelestus compede, vinculis,
Ergastulorum sub vigili sedat
Custode tentus, ocioso
Effugium meditatur astu. *Id.*

Si glutinoso prorsùs adhæserint
Visco volucres, excutiant licèt
Alas, sed infectas minore,
Illinient graviore visco. *Id.*

Wronie nie pomoże kąpánie. v. *Co śię łyso &c.* v. *Kowal &c.*

Quidquid infixum & ingenitum est, lenitur arte, non vincitur. *Sen. epist.* 11.

Ars nulla nullis proficit artibus,
Si bruta segnem condidit indolem
Natura; frustrà infatuatos
Ars reficit studiosa mores. *Auct.*

Thermis adustus balneet Æthiops,
Corvus lavetur fonte Caystrio,
Lotus nigrescit, nec colorem
Limpidior lavat amnis atrum. *Auct.*
Wstydu w oczách nie mieć. v. Psu oczy &c.
Merserat æternâ damnatum nocte pudorem. *Ovid.*
Permissa laxæ fræna licentiæ
Per insolentem currere semitam:
Nec meta passum terminiq;
Præcipitem retinent honesti. *Auct.*
Licentiosis vivere regulis
Irregulares scit petulantia
Edocta mores, & pudorem
Spernere, non habuit pudorem. *Id.*
Wszákże to swojá rzecz, swoiśmy.
-- -- Duro nec enim ex adamante creati
Sed tua turba sumus. -- -- *Stat.*
Hæc tibi sunt mecum, mihi sunt communia tecum,
In bona nec quisquam tertius ista venit. *Oven.*
Commerciorum tu mihi particeps
Unus meorum, me quoq; deligis
Tu unum, nec alter se resolvet
Fœderibus sociare nostris. *Auct.*
Wszákże w tym nie máß nic. (da coimu
Non scelus aggredimur, non ad miscen
Toxica, non stricto fulminat ense manus. *Ovid.*

Confœderatas non ſtipulans manus
Fraus ulla, ſævas nec fabricat neces,
Sed ipſe candor non doloſus
Firmat amicitiam fidelem. *Auct.*

Subeſſe noſtræ nîl fidei doli
Poteſt ſceleſti: non latet impijs
Incluſa technis fraus, nec aſtu
Calliditas cooperta vafro. *Id.*

Wßędy byl, wßędy nos wrázi. v. *Pędziwiátr.*

Per invia, per incognita verſavit ſe humana levitas. *Sen. c. 6. ad Helv.*

Diſcurris totâ vagus urbe: nec ulla cathedra eſt;
Cuî non manè feras irreqvietus ave.
Mart. l. 4. epig. 78.

-- Fert animus multa, & diverſa, nec uno
Gurgite verſari ſemper, quò flamina ducent,
-- Et nunc has, nunc illas nabimus undas. *Paling.*

Wßędy pſtra ſroká.

In ſingulis vitia populorum ſunt, quia illa populus dedit. *Seneca.*

Diverſiformes climate quolibet
Natura mores parturit, & tamen
Exemplar unum eſt univerſis,
Et ſimilat ſibi diſparata. *Auct.*

Quicunqvé nato Sol tibi fulſerit
Horoſcopatus; ſive ſub Heſpero

Naſcare, ſive Aurora cunas
Memnonio radiavit ortu,
Leges easdem, quas homini datum
Portare, portas. -- -- *Auct.*

Wſzytko ják ná wędę. v. W co go tknieſz.

Quidam ex hominibus egregiam ſortiti indolem, ea, quæ tradi ſolent, ſinè longo magiſterio perceperunt, & complexi ſunt, cùm primùm audiêrunt. *Sen.*

Felix illud ingenium, quod ſalutaria in tranſitu rapuit. *Idem.*

Magneticarum conſcia virium
Non difficulter mens chalybem trahet,
Nec ferreorum perſtrepentem
Duritiem labat ad laborum. *Auct.*

Attrita duris non hebet indoles;
Acuminatur cotibus at magìs:
Sic difficultas perſpicacem,
Ut ſubigit benè cos ſecures. *Id.*

Sic elegantes ingenium vibrat
Dotes acutum, ſolvere Gordios
Mucrone nodos, ut nec ipſe
Dexteriùs Macedo valeret. *Id.*

Wſzytko ná nice idźie;
Wſzytkie chwały podległy ochydźie.

Hæc, quæ tenemus, auferre à nobis & fortuna, & injuria poteſt. *Seneca.*

Hæc, quæ aſpicimus, in quibus cupiditas noſtra hæret, caduca ſunt. *Idem.*

-- Re-

-- -- -- Rerumqvé novatrix
Ex alijs alias reparat natura figuras. *Ovid.* 1
- - - Ut unda impellitur undâ, (*Met.*
Urgeturq́; prior veniente, urgetq́; priorē;
Tempora ſic fugiunt, pariter pariterqvé
ſeqvuntur. *Id.* 3. *Met.*
Natura caſſos ſubruit æmulæ
Artis labores; Troja premit Phrygas,
Grajos Mycenæ. -- -- *Sarbiev. l.*2. *O.*7.
-- -- Quêis modò liberi
Feſto choreas agmine plauſimus,
Delphines inſultant plateis,
Et vacuas ſpatioſà cete
Ludunt per aulas, & thalamos pigræ
Preſſeræ phocæ. -- -- -- *Id. ibid.*
Superba quondam Pergama, nunc cinis,
Et incolentûm rudera murium. *Ines.*
Quos fatigatæ peperêre lunæ,
Una collectos rapit hora cenſus. *Idem.*
Wſzytko ſię plecie, ná tym mizernym świecie.
v. *Czás wſzytko &c.*
Omnia volvuntur ſemper, in tranſitu ſunt; aliundè aliò deferuntur; cùmq́; per certa ſpatia orbes ſuos explicuerint, iterum ibunt, per quæ venerant. *Sen. c.* 6. *ad Helv.*
Sic rerum ſeries mundiq́; revertitur ætas. *Stat.*

 Ru-

Rumores vacui, verbaqvé inania,
Et par ſollicito fabula ſomnio. *Sen. in Agam.*
Nulla ſors longa eſt, dolor ac voluptas
Invicem cedunt, brevior voluptas. *Idem in Thyeſte.*
Mundus ſtultorum cavea, errorumqvé caverna eſt. *Paling.*
Quem dies vidit veniens ſuperbum,
Hunc dies vidit fugiens jacentem. *Seneca in Thyeſte.*
Res Deus noſtras celeri citatas
Turbine verſat. *Id. ibid.*
Ima permutat brevis hora ſummis. *Id. ibid.*
Wſzytko umieć, á máło robić, nie zawadzi.
Etiam quod diſcere ſupervacuum eſt, prodeſt cognoſcere. *Sen. l. 6. c. 1. de Ben.*
Vilia miratur vulgus, mihi flavus Apollo
Pocula Caſtaliâ plena miniſtrat aquâ. *Ovid.*
Laborioſum eſt omnia diſcere,
Sod glorioſum ſcire; nec omnia,
Quæ nôſſe juvit, practicare,
Sed vacuis penetrare curis. *Auct.*
Artis peritus ſat benè nauticæ,
Torquere clavum doctior; hic licèt
Non navigabit, ſat magiſtrâ
Quòd valeat bonus arte rector. *Id.*
Wybiwſzy nápłakáć ſię nie dáć.
Potentiorum injuriæ hilari vultu, non patien-

patienter tantùm ferendæ ſunt. *Seneca l. 2. c. 33. de Ira.*

-- -- -- -- Tacitiqvé ſepultos
Suſpirant gemitus, indignariq́; verentur.
Claud. l. 1. in Rufin.

Exigis, ut nulli gemitus tormenta ſequantur,
Acceptoq́; gravi vulnere, flere vetas.
Ovid.

-- -- -- -- Vox nulla dolori
Eſt licita. -- -- -- -- -- *Lucan.*

-- -- -- -- Magnusqvé per omnes
Erravit ſinè voce dolor. -- -- -- *Idem.*

Et miſeris nec flere quidem, aut lenire dolorem
Colloqvijs, impunè licet. -- -- -- *Claud.*

Non licet occultos impunè proferre dolores. *Propert.*

Impoſitoqvé gravi vulnere, flere vetas.
Ovid.

Et cogor lachrymas combibere ipſe meas. *Idem.*

-- -- -- Gemitu ſic quiſqvé latenti
Non auſus timuiſſe palàm. - - - *Lucan.*

Proprium eſt afflictæ contuſæq́; fortunæ, & plagam non poſſe ſuſtinere, & tamen nec ſuſpirio aliquo dolorem declarare, nè lædat lædentem. *Auct.*

Hoc habent peſſimum magnâ fortunâ inſolen-

ſolentes animi: quòd, quos læſerunt, etiam nè hiſcere inter ærumnas velint. *Auct.*

Wybrnąłem, wybrnie on z ſwego.

Jamq; coronatæ portum tetigêre carinæ,
Trajectæ Syrtes, anchora jacta mihi eſt. *Propert.*

Jam mea votivâ puppis redimita coronâ,
Læta tumeſcentes æquoris audit aquas. *Ovid.*

Quaſſa tamen noſtra eſt, nec merſa, nec obruta navis;
Utq; caret portu, ſic tamē exſtat aquis. *Id.*

-- -- Imoqvé ſub æquore mergit
Incolumē toties una procella ratem. *Id.*

-- Divos evaſit iniquos. *Sil. Ital.*

Totqvé maris, vaſtiqvé exhauſta pericula
Fugit. -- -- -- -- -- *Id.* (Ponti

Wydał śię, wypłynęłá oliwá ná wierzch.

Vitia utcunq; preſſa eò effrænatiùs ſolvere cæpit, quò diutiùs vires diſſimulatione collegerunt. *Barcl.*

Quid fueris, nunc ſcire lubet. - - - *Lucan.*

Sub virtuoſo tegmine crimina
Latere poſſunt; at ſua nuditas
Scelus revelat, nec tegetur
Sub ſpecie petulans modeſtia. *Auct.*

Efficta triſti fronte modeſtia
Pulchram inſolentis fingit imaginem;

Si

Si larva felix detrahatur,
Impietas patet explicata. *Auct.*
Fucata vultus ſumit hypocriſis
Attemperatos; at ſimul amovet
Sceleſta fucum pulchritudo,
Diſſimilis ſibi comperitur. *Idem.*
Ex arte tantùm qui malè ſunt boni,
Ad tempus illi non benè ſunt boni:
Nefas decoris regulare
Sub titulis latuiſſe crimen. *Id.*
Wymowny. v. *Kráſomowcá.* v. *Vmie ſwoję &c.*
-- -- -- -- Nec digniùs unquàm
Majeſtas meminit ſeſe Romana locutam.
Claud. de Conſul. Manlij.
Jures hoc Superos ore ſolere loqui. *Ovi. l. 5. de Ponto.*
Fortia verboſi natus ad arma fori. *Id.*
-- Poſt Latium, ſupremaq; funera Tullîj
Pulchriùs haud unquàm meminit ſe ſuada locutam. *Kanon.*
Sermo fluit purus, priſcoqvé ſimillimus (auro,
Et quem Roma vetus non neget eſſe ſuum. *Wallius.*
-- -- -- -- Nec digniùs unquàm
Roma triumphantes meminit dixiſſe Quirites. *Neót.*
-- -- -- Facundia vocibus aures
Fulminat: illa animos & aſpera corda triumphat. *Idem.*

--- Attonitum jurare in verba Senatum
Vidimus, & doctis subsellia plaudere
verbis. *Neot.*
Wysłuchać mnie Pan Bog.
Audiet hæc æther, & si Deus ullus in
illo est. *Ovid.*
Non dura nostris Numina lachrymis,
Non surdus æther despiciet preces,
Efflagitanti nam Deorum
Suppetiæ veniunt dolori. *Auct.*
Non côntumacem supplicibus Jovem
Sed conquerenti propitium scias:
Injuriatis sæpè vindex
Auxilio fuit evidenti. *Idem.*
Jam jam impetravi, jam tibi debitas
Pænalitates: fulmina Jupiter
Vibrata strinxit, præstolorqvé,
Quà feriat caput hoc scelestum. *Id.*
Wyszumiało się, wyrobiło piwo.
Hæc ætas optimè facit ad hæc studia; jam despumavit, jam vitia primo fervore adolescentiæ lassavit: non multùm superest, ut extingvat. *Sen. epist. 70.*
Ebullientes supprimit impetus
Jam mitigatis fracta vigoribus
Ætas juventæ, cujus olim
Igniculi caluêre primi. *Auct.*
Ventosa, primis quæ furit Æolis,
Robustiori turbine spiritûs

Lan-

Languescit ætas, dùm eviratis
In senium properavit annis. *Auct.*
Illi calores, illa ferocia
Refrigeratæ jam tepet indolis,
Postquàm sepultus primus ardor
In cinerem propè se resolvit. *Id.*

Wytchnieć mu tego. v. *Kością &c.* v. *Do czásu &c.*

Ipsi has sacrilego pendetis sanguine pœnas. *Virg. 7. Æn.*

Nec longè cladis metæ: venit hora, diesqvé, (Alpes
Unquàm quâ nullus transîsse optaverit
Annibal. -- -- -- -- -- *Sil. Ital.*

Mox illos sua fata manent majore sub hoste. *Virg.*

Ut se quæq; dies attulit optima,
Sic se quæq; rapit: nulla fuit satîs
Unquàm longa voluptas:
Longus sæpè est dolor. *Sarb. l. 3. O. 23*

Factus delicijs non saturantibus
Unquàm nemo satur: strangulat aurea
Ipsis esca Mydam, noxia ferculis. *Auct.*

Magnitudo ex lætis enati doloris optata priùs, in nova clade damnabit vota. *Id.*

Quæ oblectamenta fuêre, lacerant diductum doloribus pectus, postquàm lætitia mœrere cæpit. *Idem.*

In merita calamitate justissimum est suppli-

plicium temporum exactorum felicitas amissa. *Barcl.*

Wywołaſz wilká z láſá.

Adveniet justum pugnæ (*nè accersite*) tempus. *Virgil.*

Nè verò nè me ad tales impellito pugnas. *Idem.*

Jam feror in pugnas, sed nondùm cornua sumpsi,
Nec mihi sumendi causa sit ulla velim. *Ovid.*

-- Quod non es, ne videare, cave. *Id.*

Wziąłby y z Ołtárzá. v. *Łákomy.* v. *Z ołtárzáby &c.*

Necessitas plus posse, quàm pietas solet. *Sen. in Troade.*

Per hominum Deorumq; iras ad aurum ibitur, *Idem.*

Raderet aurati femur Herculis & faciem ipsam
- Neptuni, & bracteolam de Castore ferret. *Juvenal.*

-- Cujus votis non suffecerit aurum,
Quod Tagus, & rutila Pactolus volvit arenâ. *Idem.*

X. Xię-

X.

XIęże Prałacie inszych náuczacie, sámi nie dziáłacie. v. *Inszych &c.*

Exempla dictis consona præbeas,
Et sic reduces quemlibet ad bonam
Frugem; monentis si videbit
Acta suis meliora verbis. *Auct.*
Sermone casso perstrepit irritus
Hortationum etsi utilium fragor;
Si non honestis prædicantûm
Æquivalent bona verba factis. *Id.*
Accline pronis auribus excipit
Vulgus, quod altis audit ab exedris,
Difforme quando non resultat
Dogmaticis opus à loquelis. *Id.*
Frustrà erudito fulmine detonat,
Frustrà nocentes increpat impius:
Parùm docebit, qui docendi
Ex rabie documenta sumit;
Nec dicta factis conveniunt suis. *Id.*
Minora magnis vix elephantibus
Portenta morum dissimulat tibi,
At cæterorum persecutor
Et culices agitas minores. *Id.*
Non ex figuris rhetoricis bonas
Morum figuras Suada disertior
Format, sed actis si approbavit,
Quod docuit, benè prædicando. *Id.*

Doctri-

Doctrina, si non discrepat à bona
Vita docentis, quemlibet erudit:
Nihil docebit, differentes
Qui monitis habet ipse mores. *Auct.*
Gratìs scelestos improbat improbus;
Quando ipse doctor quod vetat, hoc facit:
Quod ipsa tantùm vox refutat,
Improbitas prior approbavit. *Id.*
Si quæ arguentem culpa redarguit,
Ipsumq; mordet noxa, momorderat
Quam corrigendo, tunc reatûs
Complicitas faciet sodalem. *Id.*
Attentiores quando parabolis
Aures disertus grandibus obruis;
Aisqvé tantùm, non agendo;
Ceu vacuo jaculêre sclopo:
Ut nulla sontes vulnera sentiant;
Quia absq; plumbo fit sonitus levis,
Auras lacessens; nec per ipsas
Tela fibras penetrare possunt. *Id.*
Disertiorem non age Tullium,
Qui non tulisti, quod loqueris, bonum:
Justè tacebis, si à decoris
Dissideat mala vita verbis. *Id.*

Z.

Z *deſzczu pod rynnę trafił.* v. *Z pieca ná łeb.*
Cum non ſecundis fortiter Æolis
Luctata navis, vela retorſerat:
Vitando Scyllam, ſed dolendum
Naufragiū facit ad Charybdē. *Auct.*
Unius audax antè periculi
Victor, ſecundis ſuccubuit malis;
Pejorqvé primis turpiorqvé
Vulneribus patuit cicatrix. *Idem.*
Tempeſtuoſæ nauta Propontidis
Fregit procellas, fregit & Africos
Sed lentiori fiſus Auſtro
Ad ſcopulos Maleasq; venit. *Id.*
Z *gárzcibym cię nie miał.* v. *Strách z ciebie &c.*
Quid valeam, neſcis, & te mea robora fallunt. *Ovid. epiſt.* 16. *Her.*
Non gaudet tenui ſanguine tanta ſitis. *Mart. l.* 1. *epigr.* 22.
-- Non es tu jaculis haſtisvé petendus,
Conſcia ſuccumbent, audito verbere, terga. *Claud. l.* 2. *in Eutr.*
In tauros Libyci fremunt leones,
Non ſunt papilionibus moleſti. *Mart. l.* 12. *epigr.* 61.
Armatam oſtenſis aciem fudere flagellis. *Claud. l.* 2. *in Eutr.*

Si

Si vigor est animis, promptæq; ad fortia vires
Sufficiunt animo, primò mihi consere dextram. *Auct.*

Lepus Molorehis præda leonibus
Est nulla parvus, sed cum elephantibus
Habent duellum; sic minores
Si capiant aliquando muscas,
Hinc parva magnis laus aquilis erit. *Id.*

Nanus feroci sufficit æmulus
Nunquid giganti? nùm valet Hectorem
Bellare contra, quis Pelasgus
Imparibus pariter lacertis? *Idem.*

Z jákim kto przesłáje, tákim śię sam zsłáje. v. *Przykład &c.*

Serpunt vitia, & in proximum quemqvé transiliunt, & contactu nocent. *Sen. c. 7. de Tranq.*

Malignus comes, quamvìs candido & simplici, rubiginem suam sæpê affricuit. *Id. ibid.*

Socrati, Catoni, & Lælio excutere mentem suam dissimilis multitudo potuisset. *Id. ibid.*

Proximis applicatur omne quod tenerum est, & in eorum similitudinem crescit: nutricum & pædagogorum tulêre in adolescentiam mores. *Sen. l. 2. c. 22. de Ira.*

Sumuntur à conversantibus mores, & ut quæ-

quædam in contactos corporis vitia transiliunt, ita animus mala ſua proximis tradit. *Sen. l. 3. c. 7. de Ira.*

In loca nonnunquàm ſiccis arentia glebis
De propè currēti flumine manat aqua.
Ovid.

Plaudite Neptuno, nimiùm qui creditis undis,
Nîl mihi cum pelago, me mea terra tenet. *Idem.*

Conſtans ſodali ſi Cato frivolo
Communicabit, deſipiet Cato:
Convictor illum criminoſas
Erudiet citò malus artes. *Auct.*

Contagioſo ſanus adhæreat;
Maligna ſanum corripiet lues:
Sic peſtilentes applicabit
Improbitas ſociata mores. *Idem.*

Z iednego gołego dźieśięc zbroynych nic nie wezmą.

Unum latrones non ſpoliant decem
Nudum; ferenti nîl, nihil auferunt:
Nihilqvé habentes nîl dedêre,
Nec vacuus vacuatur unquàm. *Auct.*

Eſt prædo dives, ditior obviat
Si illi viator; diripit, exuit,
Aſportat aurum, at præda ſi ſit
Pauperior, furiæ evaneſcent. *Id.*

Depauperatos grandia divitum
Non arma terrent: quêis fuerat nihil,
Decedet illis nîl, nec unquàm
In ſpolium ſpoliatus ivit. *Auct.*
Z iednego wołu dwuch ſkor odrzeć nie podobna.
Non benè perſuaſum, qui vult bis radere raſum. *Param.*
Quis ſauciatum vel Paris æmulum
Plagis Achillem ſauciat additis?
Quis enecabit jam peremptum?
Quis jugulũ jugulatus offert? *Auct.*
Binâ bis nunquàm eſt indutus pelle, nec unquàm
Bis trucibus lanijs excoriatus erit. *Id.*
Excorticatæ jam ſemel arbores,
Decorticari non iterùm ſolent:
Nulliq; rursùs vel latrones
Quos ſpoliant ſpoliare poſſunt. *Id.*
Ziſkierki pożar bywa.
-- Solet à ventis alimẽta reſumere, quæq;
Parva ſub inducta latuit ſcintilla favilla,
Creſcere, & in veteres agitata aſſurgere vires. *Ovid. 7. Met.*
-- Brevibus pereũt ingentia cauſis. *Claud.*
Sic malè relictus igne de magno cinis
Vires reſumit. -- -- -- -- *Sen. in Troade.*
- Quin etiam parvo liveſcit vulnere totũ
Corpus, & ingentes ſubeunt, cruciantq; dolores. *Nazianz. in Exhort. ad Virgines.*
-- Cine-

-- -- Cinerem ſi ſulfure tangas,
Vivet, & ex minimo maximus ignis erit.
Ovid.

Parva domum rapuit jactis ſcintilla favillis. *Maßen.*

Zkąd wźiąć, ztąd wźiąć, byle przecię było.

O quàm cæcus ineſt vitijs amor! omne futurum
Deſpicitur, ſuadentq; brevem præſentia luxum. *Claud. l. 2. in Eutr.*

Et ruit in vetitum damni ſecura libido.
Id. ibid.

Undè habeas, quærit nemo, ſed oportet habere. *Ennius.*

Futura præſens non benè diſpicit,
Seu damna luxus, ſeu lucra congerit,
Abſumit, haurit, congregata
Illicito licitoqvé cenſu. *Auct.*

Z káżdem pięknie, z nikim nie ſczerze.
v. *Kto śię naybardźiey &c.*

Graviſſimum inimicitiæ genus eſt, corde eſſe adverſarium, & linguâ ſimulare devotum. *Caſſiodor.*

Plus plerumq; periculi in inſidiatore occulto, quàm in hoſte manifeſto. *S. Leo Serm. 4. Quadrageſ.*

Intùs omnia diſſimilia ſunt, fraus populo convenit. *Seneca.*

Hamare multos, qui ingenioſiùs,
Amare nullos hic ſcit amiciùs.
Illecebroſæ perduellem
Blanditiæ ſimulant amicum. *Auct.*
Te effunde totum ſic populariter,
Totus ſodales ut lateas tamen;
Cryſtallus offert ſic figuras,
Nec ſpeculo tamen ulla prodit. *Id.*
Florere verbis lingua ſcit elegans,
Sinceritatis marcida fructibus:
Spinas recondit fraudulentas,
In roſeis ſpecioſa dictis. *Id.*
Sinus apertos cordaqvé pervia
Monſtrans Ulyſſes, abditus omnibus,
Apertus omni; larvam amici
Induerat manifeſtus hoſtis. *Id,*
Z mądrymi ſpráwá. v. Oſtrożnie &c.
-- Sed non Caucaſea de rupe profectos,
Quiq; bibunt undas Myſe Caice tuas.
Ovid.
Non ex agreſti tu genitus grege,
Sed eruditis Aonidum choris;
Nos arte vulgus comptiores
Excoluit rude, nullâ Apollo. *Auct.*
Nutritus almis tu penetralibus,
Comptusq; multis artibus emines;
Me Muſa doctis laureata
Non voluit redimire ſertis. *Idem.*
Z mło-

Z młodem powoli trzebá.

Meliorem illum facies ferendo; utiqvé pejorem exprobrando! non eſt, quòd frontem ejus indures; ſine, ſi quid eſt pudoris reſidui, ſervet. *Sen. l. 7. c. 28. de Benef.*

Dùm novus in viridi coaleſcet cortice ramus,
Concutiat tenerum quælibet aura, cadet. *Ovid.*

Quid juvenem fraudas vitem creſcentibus uvis?
Pomaq; crudeli vellis acerba manu. *Id.*

Quid fraudare juvat vitem creſcentibus uvis?
Et modò nata avidâ vellere poma ma-(nu? *Tibull.*

Pubentesqvé roſæ primos moriuntur ad Auſtros. *Stat.*

An neſcis teneros lædunt juga dura juvencos?
Dùm tener eſt, pratis exſpatiatur eqvus. *Maßen.*

Z młodu zápráwowáć. v. *Cwiczenie &c.*

Facillimè tenera conciliantur ingenia ad honeſti rectiq; amorem. *Sen. ep. 108.*

Adhuc docilibus leviterq; corruptis injicit manum veritas. *Id. ibid.*

Vehementes haberent tyrunculi impetus ad optima quæqvé, ſi quis exhortaretur. *Id. ibid.*

Dùm tenera est ætas, generosos imbue mores; (um. *Oven.*
Tunc facile est cunctis artibus ingeni-
Res est sera, canes vetulos adstringere loris. *Horat.*
Sensim lupatos tunc eqvus alipes
Mordere discat, dùm junior potest
Ad fræna duci. calcitrabit
Si senior fuerit domandus. *Auct.*
Sagax odoret, dùm canis instrui
Aptus sub antris quærere præpetes
Cervos, vel apros: non docebis?
Nec leporem sciet invenire. *Id.*

Z myśli mi nie znidźieſs.

Tu mihi cura Phaon, te somnia nostra reducant,
Te vigilans oculis animo, te nocte videbam. *Ovid. 4. Met.*
Scite tamen quamvîs longâ regione remotus
Absim, vos animo semper adesse meo. *Id.*
Nulla venit sinè te nox, mihi nulla dies. *Idem.*
Æneas oculis semper vigilantibus hæret,
Æneamq; animo noxq; diesq; refert. *Id.*

Z niczego nic nie będźie. (sci,
Mella jubes Hyblæa tibi, & Hymettia na-
Et thyma Cecropiæ Corsica ponis api.
Mart. l. 11. epigr. 38.

Quis

Quis absq; lignis ædificat domum?
Magnasqvé moles de nihilo ſtruit?
Solertiores ſint Myrones,
De nihilo nihil elaborant. *Auct.*
Et actuoſis actio deficit,
Si non juvabunt*ipſa peritiam
Adjuncta rerum; ſic periti
Deſipient etiam magiſtri. *Id:*
Z *nikiem śię nie zgodźi.* v. *I bráciby &c.*
-- -- Sunt & rabidis jura inſita monſtris:
-- -- Pariter ſtabulare bimembres
Centauros, unaq; ferũt Cyclopas in Ætna
Compoſitos. -- -- -- -- -- *Stat. l.* 1. *Theb.*
Hic, ſi vel ipſum Theſeá deligat
Sibi ſodalem, Theſea læderet
Præceps amicum, Caſtoresqvé
In rabiem ſocios moveret. *Auct.*
Jurata ſtrictis fœdera vinculis
Firmèqvé pactam dilacerat fidem;
Et concitaret, rumperetqvé
Pacificos aliàs amores. *Idem.*
Z *ołtárzáby wźiął.* v. *Łákomy.* v. *Wźiąłby &c.*
Radit inaurati femur Herculis, & faciem ipſam,
Nec dubitat, ſolitus totum conflare Tonantem. *Juven.*
Ut canis à corio non abſterrebitur cuncto, (*Auct.*
Sic tu nec ſacris parcis avare bonis.

Invadet audax ipſa lararia,
Ædes avarus diripiet ſacras;
Nihil relictum, nîl verendum
Sacrilegæ fuerit rapinæ. *Auct.*
Per hominum Deorumqvé iras ibitur ad aurum. *Sen.*
Sint plena lectis ſcrinia cenſibus;
Crumena raptis farta pecunijs,
Adhuc libido vel ſacratas
Vellet opes habuiſſe Divûm. *Auct.*
Z piecá ná łeb. v. *Chcący nápráwić &c.* v. *Z deſzczu &c.*
Qui metuit, auget, qui ſcelus ſcelere obruit. *Sen. in Agam.*
Erronearum ſors ea mentium
Ut ſæpè parvas criminibus velint
Umbrare noxas; ſtulta vellent
Stultitijs reparare facta. *Auct.*
Errabit ultrà, qui ſemel avio
Errore ductus, difficiles vias
Ingreſſus, hæſit, nec vaganti
Tramitibus licet ire notis. *Id.*
Errata quando corrigit altero
Errore ſtultus, grandius aggerat
Malum, nec unquàm quæ tenebunt,
Implicitum mala liberabunt. *Id.*
Qui inauſpicato cæpit ab omine,
Inauſpicatis hic medijs agit;
Exor-

Exordiorum ſic malorum
Deterior ſolet eſſe finis. *Auct.*

Z piekłá rodem. v. *Zły &c.* v. *W co go tknieß &c.*

Surdior æquoribus, calcato immitior hidro, (*Ovid.*
Aſperior tribulis, fœtâ truculentior urſà.
Diriguêre oculi, tot Erynnis ſibilat hidris. *Virgil.*
Quænam te genuit ſæva ſub rupe leæna?
Quod mare conceptum ſpumantibus exuit undis?
Quæ Syrtis? quæ Scylla vorax? quæ vaſta Charybdis? *Catull.*
Quæq; tibi quondam tenero ducenda palato
Plena dedit nutrix ubera, tigris erat. *Ovid. 3. Triſt.*

Vis attributum nobile nobilis
Doteſq; pulchras indolis? indole
Habes in hac, quæ ſe eleganter
Eximia regit ex amuſſi. *Auct.*

Quicunq; docto doctus in ordine
Recenſeatur, porriget infimam
Hûic omnis herbam; illi ſecundus
Mille magiſterijs quis eſſet? *Id.*

Z rázu zábiegáć złemu. v. *Zá w czáſu &c.*

Occurrunt nubes & vulnera? ſolvite funem. *Juven.*

Proximus à tectis ignis defenditur ægrè,
Utile finitimis abstinuisse locis. *Ovid.*
Et tuus incipiens ire, resistat eqvus. *Id.*
-- In primo limine siste pedem. *Id.*
Nondùm coalita mala, si sciantur, ingenio & felicitate posse rescindi. *Barcl.*
Malorum fontes impetu, & sitienti fulgure exhauriri, qui, si pateris, mox nescient ripas. *Idem.*
Altè securus est, qui tempestivè metuit. *Auct.*
Segnem non sinit esse tumultuarij mali præcipitanda curatio. *Id.*
Invalescet per moram mali malignitas, & dùm medela remissè quæritur, morbus superabit artem peritorum. *Id.*
Vix dùm coortis consule fluctibus,
Ut littus aptum navibus eligas,
Et vela cautus complicato,
Nè valido lacerentur æstu. *Auct.*
Extingue flammam protinùs, antequàm
Periculosis bulliat ignibus,
Nam flamma non extincta, passim
Contiguas populatur ædes. *Id.*
Z rożnych piecow chleb jeść potrzebá.
Non est, quòd existimes ullam ætatem aptiorem esse ad bonam mentem, quàm quæ se multis experimentis, longâ ac frequenti rerum patientiâ domuit. *Sen. epist. 68.*
-- Fert

-- Fert animus multa, & diverſa, nec uno
Gurgite verſari, ſemper: quo flamina
ducent,
Et nunc has, nunc illas nabimus undas.
-- -- Non placet incolis, (*Paling.*
Qui Sol avitis exoritur jugis,
Aut priſca, quæ dudùm paternam
Luna ferit radijs feneſtram. *Sarbiev.*
l. 4. *O.* 15.
Quis ſe paternis ædibus excolet?
Calamitoſis naviget Africis;
Politiorem laſſitudo
Efficiet peregrina vitam. *Auct.*
Quòcunqvé perges moribus integris,
Hæres ubiq; es: nè lateas domi
Terris avitis parvus hoſpes,
Vix patrio benè natus Orbi. *Id.*
Nos non vagantem ſuſpicimus virum,
Sed ex repertis artibus inclytum,
Non qui frequentes ex relictis
Hoſpitijs facit incolatus. *Id.*
Z tobą żyć, z tobą umieráć.
Quò rescunq; cadent, unum & commune perîclum,
Una ſalus ambobus erit - - - *Virg.* 2. *Æn.*
Tecũ ego vel ſicci Getula mapalia Pæni,
Et poſſem Scythicas hoſpes amare caſas. *Martial. l.* 10. *epigr.* 20.

Non

Non me, per altas ire si jubeas nives,
Pigeat gelatis ingredi Pindi jugis:
Non, si per ignes & infesta agmina,
Cunćter paratis ensibus pectus dare. *Sen. in Hippol.*
Tecum Riphæos possem conscendere montes,
Ulteriùsq; domos vadere Memnonias. *Propert.*
Qui tibi me junxit, me tibi vinxit amor. *Oven.*
Tecum vel Libycas ausim percurrere Syrtes, (*Ovid.*
Et dare non æquis vela ferenda Notis.
Non ego, si medius Polluce & Castore ponar,
In cœli sinè te parte fuisse velim. *Id.*
Et juvat, & sinè te non licet esse mihi.
-- -- -- -- -- Tecum (*Idem.*
Terrarũ pelagiq; pati, cœliq; labores. *Sil.*
Horrescamné ipsos (*veniant si ad prælia*) Divos,
Qvùm steteris pro me? -- -- -- -- *Id.*
Duc, age per Scythiæ populos, per inhospita Syrtis
Littora, per calidas Libyæ sitientis arenas,
Ibimus. -- -- -- -- -- *Lucan.*
Non est pro vestris ars mea rebus iners.
-- -- Te sinè dulce nihil. *Id.* (*Ovid.*
Z wiel-

Z wielkiey chmury máły deßcz.

Ita plerumq; evenit, ut ex collisis fractisqvé nubib9 serenitas contigerit. *Strada.*

Serenitatis prodroma fulgura
Fragore vano nubibus hispidis
Strepent, nec imbras concitabunt,
Dùm subitò nitet aura sole. *Auct.*

Qui murmuranti nube diù tonat,
Minùs timendus Jupiter arcibus
Non fulminandis: sæpè cœlum
Imbre carens tumet, & serenat. *Id.*

Z wielu miar powinienes to uczynić.

Instant officio nomina multa tuo. *Ovid.*

Vacare culpâ non potes, abnuas
Si quæ ex amicis te titulis decet
Præstare amico; negligentem
Argueret sociale fœdus. *Auct.*

Quidquid poposcit vera fidelitas,
Semper teneris non piger exequi;
Fecisse leges quidquid arctæ
Nominibus jubeant amicis. *Id.*

Z wolná, z lekká lepiey. v. Powoli &c.

Non temerè, nec cum procursu arripiendus est impetus. *Sen. epist. 24.*

Violenta nemo imperia continuit diù:
Moderata durant, -- -- -- -- *Id. in Agam.*
-- -- -- -- Supprime habenas;
Nè nimìs admissis excutiare rotis. *Ovid.*

For-

Fortuna curſu te facili vehit?
Felicitatis tunc breviùs tene
Tu lora cautus! nè inſolentes
Excutiant properum jugales. *Auct.*
Non proſperatis quæ properat citò
Fortuna votis tardior adfuit;
Repentè talis claudicavit
Qui voluit celer evolare. *Id.*

Zá czáſem wßytko śię mięni. v. *Wßytko ná nice &c.*

Mox ubi damnoſum radios admoverit ævum,
Tellus Syrtis erit. -- -- -- -- *Lucan.*
Nîl diù felix ſtetit; inqvieta
Urbium currunt hominumqvé fata,
Totqvé vix horis jacuêre, ſurgunt
Regna, quot annis. *Sarbiev.*
Memphi ſuperbæ pyramides jacent;
Sacer Dianæ jam cinis eſt tholus,
Muros vetuſtas longa rodit,
Et Rhodios ſenium coloſſos. *Auct.*

Zá moje żyto jeſzcze mi dobito.

Eſt mihi ſupplicij cauſa, fuiſſe pium. *Ovi. epiſt. Her.*
Pro te ſolebam fugere; diſcedo, exeo,
Penatibus profugere quam cogis tuis.
Sen. in Med. contra Jaſonis ingratitudinem querulante.

— Tre-

-- -- -- Trepidumqvé magiſtrum
In cavea magno fremitu leo tollet alumnus. *Juvenal.*

Fructus obeſt, peperiſſe nocet, nocet eſſe feracem. *Ovid.*

Increpat Æacides, laudemqvé in crimina vertit. *Idem.*

Pro benè confectis lapidant Agamemnona Grai. *Parœmia crevit ex eo, quia annonâ laborantes Græcos dùm paviſſet Agamemnon, & victorijs à deleta Troja insolentes reduxiſſet, interfectus eſt ab adultero ſuæ Clytemneſtræ uxoris, Ægiſto.*

Vitem reſecto palmite ſaucias,
Cujus racemis veſceris optimis,
Onuſta pomis quæ ſtat arbor,
Hãc lapides baculiq; quaſſant. *Auct.*

Laborioſas de patrijs apes
Mordace fumo ſedibus effugas:
Cùm melle paſcant, & favorum
Nectareos tibi dent ſapores. *Id.*

Zá pás gąśiorá, kto chce wygráć kaczorá.

Nè, aut quæ non poſſumus conſequi, concupiſcamus; aut adepti cupiditatum vanitatem noſtrarum ſerò poſt multum pudorem & damnum intelligamus. *Sen. c. 12. de Tranquil.*

Minora nullo ſollicitus lucro
Impendioſis cenſibus obtines;

Sed

Sad lucra damnum nuncupêre,
Immodico pretio redempta. *Auct.*
Parum obtinebit, plurima qui dabit;
Plus offerenti vix minus evenit:
Magni lucrêre ut viliora,
Pro modico dare multa debes. *Id.*
Zá piniądze maſs co ſerce żądze. v. *Chlebem &c.* v. *Złota ſświáyca &c.*
Venale vulgus ſtat pretio levi,
Venale, quidquid ſparſa pecunia
Habere vellet; merce parvâ
Innumeros facies amicos. *Auct.*
Si militaris buccina convocet,
Si clara pulſu tympana milites,
Ibunt, ſed ibunt promptiores,
Quando ſimul ſonat æs & aurũ. *Id.*
Et præliares ſuſcitat impetus,
Et præliares mitigat impetus,
Sit plena nummis ſi crumena;
Aut aciem tenet, aut reſolvit. *Id.*
Scit ire venum vel Fabius ſenex;
Mercede ſenſus Neſtoreos emam;
Numamqvé nummo comparabo, &
Grande ſupercilium Catonis. *Id.*
Prætorianis cincta cohortibus
Ultrò pateſcunt limina, ditior
Si quando pulſet, poſtuletqvé
Huic faciles reſerantur arces. *Id.*
Ven-

Vendunt coronam, regnaq; nobiles
Vendunt Lacones, aurea perditis
Sit estò libertas, perire
Sæpè datum cupiunt per aurū. *Auct.*
Sicundè nummus tinniat, audiet
Quivis libenter, dat pretijs manus
Quivis ligatas, sed tributo
Ipse suas emit ære clades. *Id.*
Mercator adsit, venditor est sui
Quivis honesti, patria, fas, decus,
Fratres, parentes stant sub hasta:
Si modicùm licitetur, emit. *Id.*
Et lingua missis empta pecunijs
Agit patronam, juraqvé temperat;
Occludet os aurum loquacis
Juridici, reserabit aurum. *Id.*
Causam relinquet, quam modò fortibus
Causis, statutis, & rationibus,
Et lege fulcit, largiori
Causidicus pretiatus auro. *Id.*
Habes amores, dùm loculos habes,
Quos liberali distribuas manu:
Si nervus absit, si talentum,
Nemo tibi cupit alligari. *Id.*

Zá ſczęściem wſzyſcy idą.

Et cum fortuna statq; caditq; fides. *Ovid.*
Turba tremens sequitur fortunam, ut semper & odit
Damnatos; idem populꝰ si Norcia Fusco

Faviſſet; ſi oppreſſa foret ſecura ſenectus
Principis, hâc ipsâ Sejanum diceret horâ
Auguſtum. -- -- -- -- -- *Juvenal.*
Dùm juvat, & vultu ridet fortuna ſereno,
Indelibatas cuncta ſeqvuntur opes:
At ſimul intonuit; fugiunt: nec noſcitur ulli,
Agminibus comitum qui modò cinctus erat. *Ovid.*
Utqvé comes, radios per ſolis euntibus, umbra eſt, (git:
Cùm latet hic preſſus nubibus, illa fu-
Mobile ſic ſequitur fortunæ lumina vulgus, (bit. *Id.*
Quæ, ſimul inductâ nube teguntur, a-
En ego non paucis quondam munitus amicis,
Dùm flavit velis aura ſecunda meis;
Ut fera nimboſo tumuerũt æquora vento,
In medijs, lacerâ nave, relinquor aquis. *Idem.*
Zá w czáſu zábiegáć złemu. v. *Z rázu &c.* v. *Od łyczká &c.*
Leviore medicinâ oriens adhuc reſtinguenda vis, vehementiùs contra inveterata pugnandum. *Sen. c. 1. ad Marc.*
Una rebus ſalus eſt, occurrere ad primos rerum impetus, & inclinatis opem ferre, fulcire, ac firmare labantia. *Id. l. 6. c. 31. de Benef.*

Omnia vitia penitùs insidunt, nisi dùm surgunt, oppressa sint. *Id. c. 1. ad Marc.*
Nullum non initium est verecundum, & exorabile, sed ob hoc latiùs funditur. *Id. epist. 116.*
Vulnerum quoq; sanitas facilis est, dùm à sanguine recentia sunt; ubi corrupta in malum ulcus venerunt, difficiliùs curantur. *Id. c. 1. ad Marc.*
Virus, venenum, tempora noxijs
Herbis ministrant; crescere si vetas,
Nemo venenum, nemo prorsùs
Lethiferas metuet cicutas. *Auct.*
Recentiori vulnere sanguinem
Dùm plaga stillat, pone malagmata;
Postquàm putrescit, vix coire
In solidum poterit cicatrix. *Id.*
Zá zdrowie pić. v. *Lußtyk.* v. *Rozgárdyaß.*
Illic invenias qui Nestoris ebibat annos,
Quæ sit per cyathos facta Sibylla suos. *Ovid.*
In multo nox est pervigilata mero. *Id.*
Attemperatis ad sonitum lyris,
Et apprecantùm vocibus assonis,
Multæ saluti ab ebriosis
Sacrificus scyphus immolatur. *Auct.*
Immersa plenis gaudia cantharis,
Salusqvé spumat, pocula poculis

Urgentur, urgent quis priorem
Et cyathum bibat, & ſalutem? *Auct.*
Zábá nogi podnośi kiedy koniá kują.
Grande ſonant tragici, tragicos decet ira cothurnos,
Uſibus in medijs ſoccus habendus erit. *Ovid.*
Quid congregare cum leonibus vulpes,
Aquilisq; ſimiles noctuas facere velis?
Habeas licebit alterum pedem Ladæ
Inepte, fruſtrà crure ligneo curres. *Martial. l.* 10. *epigr.* 100.
Grandis ut exiguam bos ranam ruperat olim,
Sic puto Torquatus rumpet Otacilium. *Id. l.* 10. *epigr.* 79. *Otacilius hic tenuis fortunæ vir, cum opulentiſſima Torquati contendebat, & per omnia æquare voluit eum, cui non erat æqualis.*
Ergò paluſtris futiliter ſequi
Ad uſq; ſolem vult aquilam ardea?
Nullæ volucres concitato
Sunt aquilis ſimiles volatu. *Auct.*
Equis habenas indue gemmeas,
Auroqvé cuſos attribuas lupos,
Oſtrumqvé ſternas; verùm inertes
Sic aſini phaleras requirent. *Id.*
Regale ſceptrum ſimius appetet;
Videndo ſceptrum Principis in manu:

Voto. ſed iſto, ſimiorum
Quis dominus foret, aut monarcha ?
Auctor.

Zal miáry nie ma. v. Serce nie chłopiec.

Scio rem non eſſe in noſtra poteſtate, nec ullum affectum ſervire, minimè verò eum, qui ex dolore naſcitur. *Sen. c.* 16. *ad Helv.*

Renovat ſe, & corroborat quotidiè luctus, & jam ſibi jus morâ fecit, eòqvé adductus eſt, ut putet turpe, deſinere. *Id. c.* 1. *ad Marc.*

-- -- Dolor verba aſpera dictat. *Sil. Ital.*

Effundunt juſtas in numina ſæva querelas. *Lucan.*

Non puduít ruptis exululare comis. *Ovi.*

Aſpice demiſſos lugentis more capillos,
Et tunicas lachrymis ſicut ab imbre graves. *Idem.*

-- Furit ima dolor delapſus ad oſsa. *Sil.*

Zal mowić nie dáje.

-- Ignavo ſtupuerunt verba palato. *Lucan.*

-- Juſto deſunt ſua verba dolori. *Virgil.*

Et via vix tandem voci laxata dolore. *Id.*

Strangulat incluſus dolor atqvé exæſtuat intùs. *Ovid.*

Et lachrymas cernes in ſingula verba cadentes,
Et ſingultatis oſcula miſta ſonis. *Id.*

Et pariter vocem lachrymasqvé introrsùs
obortas
Devorat ipſe dolor. -- -- *Ovid.*
-- Neq; enim vocem viresq; loquendi,
Non aliquid toto corpore mentis ha-
bet. *Idem.*
-- Succubuit juſto mẽs ægra dolori. *Luca.*
Singultusqvé pias interrupêre querelas.
Zależeć pole. v. Domátor. (*Nèót.*
-- -- Longoq; togæ tranquillior uſu
Dedidicit jam pace ducem. -- -- *Lucan.*
Tempore qui longo ſteterit, malè curret,
& inter (*Ovid.*
Carceribus miſſos ultimus ibit equos.
Fixum ſagittis qui tetigit ſcopum,
Quem certa nunquàm meta fefellerat;
Thrax errat ipſe, ſi remiſſus
Dedidicit jaculator arcum. *Auct.*
Indeſinenter ſi volucris ſuas
Exercet alas, permeat àéra,
Solemqvé tangit: ſentit ægras
In caveis cicurata pennas. *Id.*
Fertilis aſſiduo ſi non renovatur aratro,
Nîl, niſi cum ſpinis gramina gignit hu-
mus. *Ovid.*
Zániemieć. v. Zląkł ſię.
Torpuerat gelido lingua retenta metu.
Ovid.
-- -- -- Fecitq; ſilentia terror. *Stat.*
Et

Et lachrymæ deerant oculis, & lingua palato. *Stat.*
Adſtrictũ gelido frigore pectus erat. *Ovid.*
Ter tecum conata loqui, ter inutilis hæſit
Lingua, ter in primo reſtitit ore ſonꝰ. *Idem.*
Os mihi defuerat, vox areſcente palato,
Hæſit & ad fauces aſpera lingua meas. *Auctor.*

Zánośiło śię dawno ná to. v. Krakowá &c.

Parva fuit (*ſi prima velis elementa referre*)
Roma, ſed & in parva ſpes tamen hujus erat. *Ovid.*
Diſcerpit angues lethiferos puer,
Monſtris timendus grandior Hercules,
Sternet leonem, ſtrangulabit
Stymphalides, perimet gigãtes. *Auct.*
Ex ungve primo colligitur leo;
Quis ſit futurus factus adultior,
Demonſtrat infans, nùm deinceps
Proficuas adamabit artes. *Id.*
Ferox Achilles vel muliebribus
Indutus armis: Pergama jam timent
Colo aſſidentem; conciderunt,
Dùm rapuit furibundus enſem. *Id.*

Zápomnieć śię.

Lethæos hauſit latices oblivia mentis. *Ovi.*
Lethææ veluti faciunt oblivia ripæ,
Immemorem fecêre ſui. -- -- -- *Auct.*

Pocula Lethæos ut si ducentia somnos,
Hausta mihi fuerint, captâ sic hæreo men-
Zárt ma swoje mieysce. (te. *Auct.*

Pueros in ineptias mercamur procaces, & eorum impudentia acuitur, & sub magistro habetur, qui probra meditatè effundant; nec has contumelias vocamus, sed argutias. *Sen. c.* 11. *de Const.Sap.*

Salire festis consilium jocis
Solent Solones suaviter Attici:
Dulcedo morum gratiosa,
Si salibus benè condiatur. *Auct.*

Venator unus, qui lepores capit,
Alter lepores; utraqvé gustui
Est præda suavis; mensa tristis,
Quæ lepidis caret Atticismis. *Id.*

Mordax acuto qui pupugit stylo,
Sarcasticorum plenus acuminum:
Argutiores ac facetæ
Exhilarant recreantq; linguæ. *Id.*

Facetiarum turpia nomine
Indigna pulchro scommata displicent;
Sed gratiam jocosiores
Et veniam meruêre linguæ. *Id.*

Zárty ná stronę.

Transcurramus solertissimas nugas, & ad quæ nobis opus est, properemus. *Sen. l.* 1. *c.* 5. *de Benef.*

Remove ista lusoria arma, decretorijs opus est. *Id. ibid.*

Mimus

Mimus jocoſas tractet ineptias,
Tractanda ſemper ſeria ſerijs :
Ad magna natos vana prorsùs
Dedecuit levitas Catones. *Auſt.*
Momenta rerum grandia grandium
Agenda nugis non jocularibus :
Maturitas adulta quippè
Non didicit puerilis eſſe. *Id.*
Tantùm theatris hiſtrio comicis
Plauſum meretur : magna prementium
Negotiorum ponderoſo
Ingenio moderare puncta. *Id.*
Non eſt agendum riſibus & jocis :
Auctoritatem quæ decet exprime ;
Non hiſtrionum res libratur
Futilibus peragenda nugis. *Id.*
Profeſſus artes morio mimicas,
Propter loquaces gratus ineptias,
Hæc non Solones, non Lycurgos
Garrulitas decet inficeta. *Id.*

Záſpáć gruſʒki w popiele. v. *Nie záſypiay &c.*

Si quidquam ex ſtudio, & fideli intenſione relaxaveris, retrò eundum eſt. *Sen. l.* 1. *de Clem.*

Sæpiùs ingrata mora res perdidit, & indignata eſt, non ſtatim admitti felicitas. *Barcl.*

Non cuncta prudens vel Fabius benè
Cunctando geſſit : protinùs obvias

Occasiones apprehende,
Et facili potiêre voto. *Auct.*
Fortuna magnis vindicijs amat,
Si quando amicum porriget annulum,
Et tu retardando, facientis
Despicies benefacta sponsæ. *Id.*
Cùm te vocabunt Numina, præpeti
Accede passu: perdis enim morâ
Socorde totum, diligenti
Quod poteras habuisse curâ. *Id.*
Divûm favores, munera, gratias
Nè sperne deses, spernere desides
Fortuna novit spreta, posthàc
Et minimum negat adjumentum. *Id.*
Záſtąp ty mu ode drzwi, to on oknem.
Cui difficilis occasio est, is proximam quamq; pro optima arripit. *Sen. ep.* 70.
Nullis tenetur callidus artibus;
Novit dolosas noscere machinas:
Sic carceratis, vimqvé passis
Pro foribus patuit fenestra. *Auct.*
Conceptuosis retia fraudibus
Tenduntur apris; effugiunt tamen
Casses per ipsos, non videbunt
Si faciles aliundè passus. *Id.*
Te cinge vallo, cinge potentibus
Carthago muris, Roma cuniculis
Si valla, si muros subintrat,
Ruderibus ruis insepulta. *Id.*

Ferro

Ferro recuſis vectibus Herculem
Styx arcta clauſit, non tenuit tamen
Fregit ſerata clauſtra, fugit
Cerberei fremitum latratûs. *Id.*
Clauſi doloſo carcere Theſei
Filum viarum dux tenuis fuit:
Ars arte victa; fraude vincit
Dædaleas Ariadna fraudes. *Id.*

Záwſtydzić śię. (los. *Ovid.*
Erubuit gremioqvê pudor dejecit ocel-
-- Niveos infecit purpura vultus
Per liquidas ſuccenſa genas, caſtæqvê pu-
doris
Eluxere faces. - - - - *Claud. in nupt. Honorij.*
Indum ſanguineo veluti violaverit oſtro
Si quis ebur; vel miſta rubent ubi lilia
multâ
Alba roſâ, tales virgo dabat ore colores.
Virg. 12. Æn.
Conſcia purpureus venit in ora pudor,
Quale roſæ fulgent inter ſua lilia mixtæ.
Ovid. 2. art.
Pulchra verecundo ſuffunditur ora pu-
dore. *Id. 1. Met.*
-- -- Subitusqvé invita notavit.
Ora rubor, rursùsq; evanuit, ut ſolet àër
Purpureus fieri, cùm primùm aurora mo-
vetur. *Id. 6. Met.*

Oſtro

Ostro sic niveo Phæniceus color
Perfusus rubuit. -- -- *Sen. in Medea.*
Záwstydźiss śię tego. v. Po kolędźie &c.
Prisca recensitis volvent hæc sæcula fastis.
Stat.
-- Annales veterum delicta loquentur. *Id.*
Futura facti sæcula pessimi
Narrationes instituunt malas:
Quod nunc patratur, per sequentes
In trivijs recitatur annos. *Auct.*
Latere quæ nunc prospera dixeris,
Hæc à futuris crimina vapulant
Annis, suamqvé pervicaci
Historiam peperêre momo. *Id.*
Præsens quod ætas dissimulat scelus,
Olim vetustas prostituit sequens;
Senexq; crimen exhumabit
Garrulitas memor abnepotum. *Id.*
Zazdrosny, káżdego dotknie, ukąśi.
-- -- Huic semper læva voluntas
Insultare malis, rebusq; ægrescere lætis.
Stat. l. 2. Theb.
Risus abest, nisi quem visi fecêre dolores.
Nèót.
-- Malus obtrectat facta immortalia livor.
Idem.
Facta sequebatur quamvìs ingentia livor.
Claud.
Impa-

Impatiensq; ſui morbus, livorq; ſecundis
Anxius. -- -- -- -- -- *Claud.*
Et pura livor tabificos ſuper
Cryſtalla mordax efflat anhelitus;
Trophæa, lauros, & triumphos
Invidiæ ſecuêre dentes. *Auct.*
Eſt livor amens, tinea purpuram
Dentata carptìm quæ dominam vorat,
Et conſulares ſcit ſecures
Et ſuperos temerare faſces. *Id.*
Interpretari dextra ſiniſtriùs,
Infami honeſtos urere ſtigmate,
Hic zoilorum paſtus, iſta
Una ſapit genialis eſca. *Id.*
Záżyway świátá, pokoć ſłużą látá.
Utendum eſt ætate, cito pede labitur ætas. *Virgil. 3. Georg.*
Pingueſcat nimio madidus mihi crinis amomo,
Laſſenturq; roſis tempora ſutilibus:
Jam vicina jubent nos vivere Mauſolæa.
Mart. l. 5. epigr. 64.
Vive velut rapto, fugitivaqvé gaudia carpe. *Id. l. 7. epigr. 47.*
Frange toros, pete vina, roſas cape, tingere nardo,
Ipſe jubet mortis dememiniſſe DEUS.
Id. l. 2. epigr. 59.
Vivite

Vivite læti; properat cursu
Vita citato, volucriqvé die
Rota præcipitis vertitur anni. *Sen.inHerc.*
-- -- -- -- Carpite florem. (*fur.*
Qui nisi carptus erit, turpiter ipse cadet.
Ovid.
-- Dùm primi floret tibi temporis ætas,
Utere; nō tardo labitur illa pede. *Tibul.*
Nunc etiam tempꝰ, nunc apti risibꝰ anni:
Indigna est pigro forma perire situ. *Ovi.*
Lude; decent annos mollia regna tuos.
Idem.
Dùm licet, & spirant flamina, navis eat.
Flores amœnæ ferre jube rosæ, (*Id.*
Dùm res, & ætas, & sororum
Fila trium patiuntur atra. *Horat.*
Zdàdzą się do siebie. v. *Jedná to &c.*
Et varijs albæ junguntur sæpè columbæ,
Et niger à viridi turtur amatur ave. *Ovi.*
Ulmus amat vitem, vitis non deserit ulmum. *Idem.*
-- -- -- -- Delicta fuêre
Nexus amicitiæ. -- -- -- -- *Claud.*
Et Paris est illic, & adultera, nobile crimen, *Ovid.*
-- -- -- Tecmessam diligit Ajax. *Id.*
-- -- -- -- Se blandiùs ulmus
Porrigit, & laxæ repetunt connubia vites.
Barcl.
Non

Non disparatis mentibus intimi
Vivent sodales: vincula mentium
Fuêre mores, & fideles
Sunt studij similis, catenæ. *Auct.*

Zdesporowáć. v. Opuśćić ręce.

Navita confessus gelidum pallore timorē,
Jam sequitur victus, non regit arte ratem. *Ovid.*

Spes nulla monstrat rebus afflictis viam. *Sen. in Med.*

Vicere nautam fulmina, turbines;
Torquere clavum jam timet; abstulit
Procella mentem; abrepta ventis
Ludibriũ pelagi est phasellus *Auct.*

Zdrowo mi to.

Hoc juvat, hæc animi sunt alimenta mei. *Ovid.*

Mordax acetum proluat ilicèt,
Non macerabit Stoica pectora;
Quod rupit Alpes, non momordit
Marmoreas gravitate mentes. *Auct.*

Vivit lacertis sana ciconia,
Fit virulentâ pingvior aspide:
Sic nutriêre adversa fortes,
Sic faciunt mala fortiores. *Id.*

Ramenta ferri struthio decoquit,
Dapes famenti sunt sapidæ, chalybs:
Invicta sic virtus ab ipso
Sumit opes animumq; ferro. *Id.*

Ze wſʒąd źle. v. Ják źle &c.

-- Cœlũ undiqvé, & undiq; pont9. *Virg.*
-- -- -- Bellis obſeſſus & undis. *Id.*
Multa mihi terræ, multa minantur aquæ. *Ovid.*
Navita dùm proſpectat aquas, ac victa profundis
Æquoribus, feſſus renovat ſua lumina cœlo. *Sil.*
-- Frangimur heu fatis, ferimurqvé procellâ! *Lucan.*

Ze złego wybierájąc.

Nec hoc præceperim tibi, ut neminem niſi ſapientem ſequaris, aut attrahas: ubi enim iſtum invenies, quem tot ſæculis quærimus? pro optimo eſt, minimè malus. *Sen. c. 7. de Tranqu.*

Inter peſſima conſilia, pro optimo habendum erit, quod minùs malum adverteris. *Auct.*

Inter geminas, easqvé periculoſas artes neutri accedere tutum, ei tamen, quæ minùs ſuſpecta erit, adhærebis. *Id.*

Cùm plena falſis ſortibus alea
Non ominatis jactibus accidit,
Hâc arte ludes, quæ minorem
Perniciem tibi pollicetur. *Idem.*
Exire qui vult mille periculis,
Unum ſubibit ſæpè periculum:

Ruens

Ruens in unum, ſauciandus
Innumeros leo vitat ictus. *Auct*

Zegnam was brácia, jeżlim miły komu,
Ktoż wie, jeżeli z uſsemá do domu?

Accipe ſupremum dictum mihi forſitan ore,
Quod tibi qui mittit, non habet ipſe vale. *Ovid.*

Dicendumq́; ſemel, toto non ampliùs ævo
Accipere, & parili reddere voce vale. *Idem.*

Supremumq́; vale, pleno ſingultibus ore
Vix dixit. -- -- -- *Idem.*

Salvete æternùm ſocij, æternùmq́; valete,
Romanæ turres, & vos valeatis amici,
Terra vale, curæq́; humiles, hominesqvé valete. *Propert.*

Ad revidendum in illa officina, ubi pelles noſtræ exſpolientur. *Proverbium eſt Italicum: A revederſi in conceria. Româ enim peregrinaturus canis, dùm ſocijs ſuis valediceret, hoc fertur dixiſſe: quòd non eſſet ſuos amicos viſurus, niſi, ubi omnium pelles purgari & excoli ſolent.*

Zgoda ná to.

Conſonat aſſenſu populi, precibusqvé faventûm
Regia. -- -- -- -- -- *Ovid. 7. Met.*

Dicta Jovis pars voce probant, ſtimulosq; frementi
Adijciunt, alij partes aſſenſibus implent.
Id. 1. *Met.*
-- -- -- -- Unoqvé favore
Et maria, & tellus, ovansq; reſpondit O-lympus. *Barcl.*
Hæc mille votis, milleqvé calculis
Confirmat alto Jupiter æthere;
His terra concors ſcribit apto
Conſimiles adamante ſortes. *Auct.*
Zgodą lepiey.
-- Agite, & poſitis, quas hic inopinaqvé
Aut virtus, aut ira, minis - - - (ſuaſit
Jam pariter còéant animorum in fœdera, dextræ. *Stat. l.* 1. *Theb.*
Inter, errantem, ſcopulos, carinam
Certiùs plures docuêre ſtellæ,
Fortiùs proram gemino revincit
Anchora morſu. *Sarbiev.l.4.O.*36
Ceſſant ſepultis jurgia litibus;
Jucunda regnat pacis amœnitas,
Dùm fœderati jam furores
Litigijs poſuêre finem. *Auct.*
Unita virtus fortior imperat,
At turba diſcors diſſilientibus
Convulſa votis, nullam habebit
Multivoli ſtudij coronam. *Id.*
Multos

Mulros renatum flumen in alveos,
Profundiorem non habet alveum;
Unum tenebit qui meatum
Gurgitibus rapidis it amnis. *Auct.*
Divisa longis lilia jugeris
Nullis olebunt naribus; at rosa,
Et nardus, & storax in uno
Fasciculo benè dant odorem. *Id.*

Ziadł pies sádło. v. *Czapká &c.* v. *Sumnienie &c.*

-- -- Assiduis circumvolat alis
Sæva dies, animi, scelerumq; in pectore
dirae. *Stat. l. 1. Theb.*
-- Invigilant animo, scelerisq; patrati
Supplicium exercent curæ. -- -- -- *Id. l. 3. Theb.*
Ille velut pecoris lupq expugnator opimi
Decedit stabulis, hùc illùc turbida versãs
Lumina, si forsan compertâ clade sequãtur
Pastores: magniq; fugit non inscius ausi.
Id. l. 4. Theb.

Sumus ita meticulosi, acsi illi, quos aliena fabula sinè auctore sparsa, coarguit. *Sen. c. 7. de Tranqu.*

Habet oculos conscientia carnifices, qui magìs torquent, & lancinant vitalia, quàm cruces, quàm vulnera, quàm tormenta. *Plin. Pan. Traj.*

-- Et noto nares contingit odore. *Claud. l. 1. in Ruf.*

Anxia ſub tacito pectore culpa manet.
Propert.
-- Qui malus eſt, formidat ſemper, apertũ
Nè fiat facinus, quod clàm commiſit, & ictus
Fulmineos tonitru audito ſibi conſcius horret. *Paling.*
Lege Deûm ſtabili ſemper metus angit iniquos. *Idem.*
-- -- -- Sibi conſcius horret,
Si quid ſecum homines muſsant; nunc dicitur eheu!
De me, nunc recitant noſtræ præconia famæ. *Idem.*
Ut pœna deſit, ſupplicium ſibi
Eſt mens acerbum conſcia criminis;
Hæc perpetratis lancinantes
Flagitijs acuit mucrones. *Auct.*
Zląkł śię. v. Słupem &c. (vivum. *Stat.*
Diriguitqvé malis, nihil eſt in imagine
-- Tremor ora recens ac viſcera torſit. *Id.*
Horruit, ut ſteriles agitat quas ventus, ariſtæ. *Ovid.*
-- -- Sua quiſqvé pericula neſcit,
Attonitus majore metu. -- -- -- *Lucan.*
Et lachrymæ deerant oculis, & lingua palato, (*Ovid.*
Adſtrictum gelido frigore pectus erat.
Torpuerat gelido lingua retenta metu.
Idem.

Zle mieć, źle nie mieć.

Torpent, ſive habeas, ſeu careas opes,
Poſſeſſæ trepidis corda timoribus
Urunt, nè careas, non habitæ ſui
Te deſiderijs necant. *Avanc.*

Altrix humanos tangere non poteſt
Fortuna guſtus: plurima nauſeam
Si dat, creabunt, nulla ſi det,
Sollicitam facient orexim. *Auct.*

Sui perenni diſcruciat ſiti
Fortuna vulgus; qui nihil hauſerit
Ardebit arens, alter autem
Intumuit nimios ob hauſtus. *Id.*

Nec ille felix, qui nimiùm fuit,
Nec ille felix, qui pariter nihil:
Depauperata iſtum, hunc moleſtat
Congeries opulenta fiſci. *Id.*

Złego dobrocią náprawiſz. v. *Dobrocią &c.* v. *Łagodna mowá &c.*

Propoſitum optimi viri, & ingentis animi eſt, tam diù ferre ingratum, donec feceris gratum. *Sen. l. 5. c. 7. de Benef.*

Manſueſcit Afris ira leonibus,
Demulceatur ſi truculentia;
Ex aſperatis nîl juvabit
Multiplices adhibere pœnas. *Auct.*

Cantatur hydris, luditur aſpidi,
Et obſecundat vipera fiſtulæ;

Et blandiente contumaces
Sic furias hebetabis arte. *Auct.*

Złe nábycie, nie trwáłe.

Nulli, cui rapina feliciter cessit, gaudium rapti duravit. *Sen. epist. 74.*

Quod venit ex rapto, quælibet aura rapit. *Maßen.*

Non te rapinis (*crede*) locupletem
Reddes avaris; quod citò provenit,
Citò peribit; arca namqvé est
Illicito citò pauper ære. *Auct.*

In perforatis sunt lucra sacculis,
Quæ non honestis parta laboribus;
Manus per ipsas exit aurum,
Quod manibus rapies avaris. *Id.*

Inauspicatus sustulit exitus,
Quidquid repertum est artibꝰ improbis;
Quod fraudulenter comparâsti,
Surripiet breve fœnus hora. *Id.*

Złe. nießczęśliwe mieysce.

Inauspicatâ strage vocabulum
Fatale Cannæ; nec Trebiam sinè
Horrore dicas; vellit omnem
Funereus Trasimenus aurem. *Auct.*

Nec nominares hunc, ubi Scipio,
Cohorte fractâ, belliger occidit,
Locum absq; luctu; non loquetur
Thermopylas sinè felle Xerxes. *Id.*

Ilion,

Ilion, & Tenedos, Simoïsqve, & Xanthus, & Ide, (Ovid.
Nomina sunt ipso pænè timenda sono.
Pharsalicarum prælia cladium,
Magniq; crudâ Pompeij nece,
Infame nomen; pertimescit
Pharsaliæ meminisse Roma. Auct.
Hîc hominum pecudumq; lues, hîc pestifer àér
Sævit, & exclusis regnant Aquilonibus Austri. *Claud. de bell. Gild.*

Złe z dobrem pomięßáne. v. Przy Kośćiele &c.

-- Sunt bona, sunt mala, sunt mediocria quædam;
Sunt bona mixta malis, sunt mala mixta bonis. *Ines.*

Nascuntur hortos inter Hymettios
Absinthiorum pessima germina,
Et Hybla vepres sentioosos
Melliferas parit inter herbas. *Auct.*

Crescit jugoso vertice Libani
Non sola cedrus, serpit & infimus
Frutex, & herba, & gramen, adstant
Et platanis humiles myricæ. *Id.*

Penes gravatas fructibus arbores,
Matresq; pomos stat sterilis propè
Pinaster hortis, fronde solâ
Vix tenuem dare natus umbram. *Id.*

Non

Non ipſa tantùm cinnama, non crocos,
Odora tantùm non opobalſama,
Sed ſervat unà cum medelis
Lethiferas apotheca merces. *Auct.*

Złego nie ruſzay; nie budź biedy, kiedy biedá ſpi.

Quæq; quieſcebat, nè mota exæſtuet unda. *Ovid.*

Adacta mordet vipera, ſauciat
Tactus ceraſtes; ſunt colubri truces,
Si concitentur; mota ſolùm,
In furias animatur aſpis. *Auct.*

Nulli furores ſunt apibus, tamen
Illis amatos ſi rapies favos,
Dulcesqvé cellas fumigabis,
In faciem ſua tela figent. *Id.*

Formidoloſus non feriet leo,
Nullus qvietam ſi rabiem movet;
Non mordet urſus; ſi laceſſat?
Terribili lacerabit ungue. *Id.*

Złem położeniem dobrego zepſujeſz. v. Z jákim kto &c.

Notitiam primosqvé gradus vicinia fecit. *Ovid. 4. Met.*

Illìc Hippolytum pone, Priapus erit. *Id.*

Multorum crudelitas, & ambitio, & luxuria, ut paria peſſimis audeat, fortunæ favore efficitur: eadem velle eos cognoſces, da poſſe, quantùm volunt. *Sen.*

Multorum, qvia imbecilla ſunt, latent vitia;

tia; non minùs auſura, cùm illis vires ſuæ placuerint, quàm illa, quæ jam felicitas aperuit. *Idem.*

Occaſiones ſi fuerint malæ,
Plerumqvé mores alliniunt malos;
Crœſos ut inter inſolentes
Ipſa Numæ bonitas vacillet. *Auct.*

Depravat omnes prava ſodalitas;
Alumna flectunt ſcandala Stoicos;
Lucretiamqvé diſſolutæ
Efficiunt Helenæ ſororem. *Id.*

Intaminatis moribus Hercules
Stygis ſceleſtæ crimina neſcijt;
Heroa virtus ſed relangvet,
Fœmineis laqveata filis. *Id.*

Złem przykładem łácno zepſujeſz. v. *Przykład &c.*

Si damnoſa ſenem juvat alea, ludit & (hæres
Bullatus, parvoqvé eadem movet arma fritillo. *Juvenal.*

Corrumpunt vitiorum exempla domeſtica, magnis
Cùm ſubeunt animos auctoribus. -- -- *Id.*

Demonſtrata diù veteris trahit orbita culpæ. *Idem.*

— -- -- Serpente ciconia pullos
Nutrit, & inventâ per devia rura lacertâ;
Illi eadem ſumptis quærunt animalia pennis. *Idem.*

Exemplis trahimur, vel trahimus retrò;
Soli nemo ſibi eſt malus. *Sarbiev.l.4.O.10*
Turbam turba premit præpropero gradu,
Sunt primi exitio ſæpè ſequentibus. *Id.*
Canori parentes paſſibus impigris
Proles jubebant currere neſcias,
Sed ambulare, cêu parentes,
Retrogradi voluêre nati. *Auct.*

Złodźieja ſámo zkrycie wydáje. v. *Sumnienie &c.*

Nocens habuit aliquando latendi fortunam, nunquàm fiduciam. *Seneca.*

Simpliciter pateat vitium fortaſsè puſillũ,
Quod tegitur, majus creditur eſſe malum. *Mart. l. 3. epigr. 42.*

Ipſas tenebras nequitiæ timent. *Auct.*

Nequam latro tremit nequitiam ſuam. *Id.*

Złodźiey dowodny, w żywe oczy krádnie;
Ze poſtrzedz trudno, ták śię ſpráwi ładnie.

Tu licèt obſerves dextram, teneasqvé ſiniſtram,
Inveniet, ſaccum, quâ ratione trahat. *Mart. l. 12. epigr. 29.*

Cervinus gelidũ ſorbet ſic halitꝰ angvẽ,
Caſuras altè ſic rapit Iris aquas. *Id. ibid.*
de Hermogene fure totâ Româ famoſiſſimo; & ultrà exaggerans ejusdem furis activitatem furandi, addit ibidem:

Feſti-

Festinãt trepidi ſubſtringere carbaſa nautæ, (nes. *Id. ibid.*
Ad portum quoties paruit Hermoge-
Złota ßwáycá mury przebija.v. Zá piniądze &c.
-- -- -- Diffidit urbium
Portas vir Macedo, ſubruit æmulos
Reges muneribus: munera navium
Sævos illaqveant Duces. *Horat. l.* 3. *Carm. O.* 16.
Aurum per medios ire ſatellites,
Et perrumpere amat ſaxa potentiùs
Ictu fulmineo. -- -- *Id. ibid.*
Incluſam Danàem turris ahenea
Robuſtæqvé fores, & vigilum canum
Triſtes excubiæ muniêrant ſatis
Nocturnis ab adulteris.
-- -- -- Sed tutum iter & patens
Converſo in pretium Deo. *Id. ibid.*
Solus Dis Deus eſt, dites Dîj, numina nummi, (Plato. *Oven.*
Cum plauſu loquitur Pluto, tacetqvé
Quid non argento? quid non corrumpitur auro?
Qui majora dabit munera, victor erit. *Id.*
Pecunia ex quo in honore cæpit eſſe, verus rerum honor cecidit. *Sen. l.* 1. *c.* 1. *de Benef.*
Aliter leo auratâ jubâ nitet, & ad patientiam recipiendi ornamenta cogitur, aliter incultus, integriqvé ſpiritûs. *Idem.*

Złote gory obiecuje, á y ołowiánych niemáß.

Ingentem imaginem falsæ rei concipimus. *Sen. c. 7. de Constant. Sapient.*

Quid promittebas mihi millia Gaure ducenta,
Si dare non poteras millia Gaure decem. *Mart. l. 5. epigr. 82.*

Omnia Medeæ fallax promisit Iáson,
Pulsa est Æmoniâ non minùs illa domo. *Ovid.*

Ille ego sum, cui solitus promittere cœlũ;
Hei mihi! pro cœlo, qualia dona fero? *Idem.*

Est larga verbis fertilitas tuis,
Sed parva donis munificentia;
Exaggeratis nîl habentes
Pollicitis recreas amicos. *Auct.*

Aurea promittis, nec plumbea dona dedisti,
Aurea lingua tibi, plumbea (*crede*) manus. *Id.*

Zły jáko nießczeście. v. Jáko co złego.

Tempore non alio catulorũ oblita leæna
Sævior erravit campis, nec funera vulgo
Tam multa informes ursi, stragemqve dedêre. *Virg. 3. Georg.*

-- -- -- -- Immitis, & ipsis
Horrendꝰ silvis, & visus ab hospite nullo
Impunè, & magni contemptor Olympi. *Ovid. 13. Met.*

Solus habet, ſcelerum quidquid poſſedimus omnes. *Claud. in Ruf.*

Pentheſilea furens medijs in millibus ardet. *Virg. 12. Æn.*

Quæ ſic Getuli jaculo percuſſa leæna,
Aut Hyrcana premens raptorem bellua partûs,
Aut ſerpens calcata furit? -- -- -- *Claud. l. 1. in Rufin.*

Et neq; fulvus aper media tam ſævus in ira,
Nec lea cùm catulis lactantibus ubera præbet. *Ovid. 5. Met.*

Non vitioſus homo es, Zoile, ſed vitïum. *Martial.*

Zły to ptak, co z ſpony upuści.

Non avis utiliter viſcatis effugit alis,
Non benè de laxis caſſibus exit aper. *Ovid.*

Quòd rapuit, laudo, miror, quòd reddidit unquàm;
Tam bona conſtanter præda tenenda fuit. *Oven.*

Venator ille eſt accipiter malus,
Columba ſtrictis cûi fugit unguibus;
Pronus ſed ille, palpitantes
Qui retinet, perimitq; prædas. *Auct.*

Nîl ille perdit, qui nihil invenit;
Reperta ſed jam perdere, maximum

Diſpen-

Diſpendiorum eſſet ; minùsqvé,
Non habitis caruiſſe, damnum. *Id.*

Zły znák.

-- -- -- -- Feralia bubo
Damna canit. -- -- -- -- -- *Stat. l. 3. Theb.*
Monſtra volant, diræ ſtrident in nube volucres. *Id. ibid.*
-- Culminibus ferali carmine bubo. *Virg.*
Hìc vultur, illìc luctifer bubo gemit,
Omenqvé triſte reſonant infauſtæ ſtryges. *Sen. in Herc. fur.*
-- Nullis Deus integer extis. *Stat. l. 5. Theb.*
Ignavus bubo dirum mortalibus omen. *Ovid. 3. Met.*
Non modici casûs Numinis iſta mora eſt. *Idem.*
-- -- -- -- Triſtia ſemper
Omina non albæ concinuiſtis aves. *Id.*
Magna parant Superi, tonat alti regia cœli. *Idem.*
Sæviq; aderant gravia omina fati. *Sil. Ital.*
Obſeditq; frequens caſtrorum limina bubo. *Idem.*

Zły záwſze złem będźie. v. *Wilk chowany &c.*

Venenum aliquando pro remedio fuit, non ideò tamen numeratur inter ſalubria. *Seneca.*
Non eſt proba, aut probata Syrenum vicinia,

nia, quoniam tranſeuntem Ithacum non evertit. *Barcl.*
Notű naufragijs mare non ſalute aliquot navium amittit crudelitatis nomen. *Id.*

Cantore quamvìs ſit magico cicur
Serpens, doloſum ſervat aculeum,
Et vulnerabit, obſequentem
Ad modulos moderatus iram. *Auct.*

Latere novit ficta malignitas,
Ut ſuppuratis ulceribus tumor,
Tamen venenum ſemper imas
Lethiferum vitiat medullas. *Id.*

Cuſtos ovili præpoſitus lupus
Invadit agnos, cùm rabies jubet
Suppreſſa; ſic accordat hoſtis
Concipiens dirimensq; fœdus. *Id.*

Znáć páná po doſtátku. v. *Páná znać &c.*

Armata multis aula cohortibus,
Denſi frequenti milite principes,
Firmos amores, & timores
In paribus cohibent habenis. *Auct.*

Confœderati cum duce milites
Ad imperantis claſſica Cæſaris,
Auriqvé pulſum, pervolabunt
Et vetitum Rubiconis amnem. *Id.*

Dives ſupellex te dominum facit;
(*Auro potenti nempè potentia*)
Cenſuqvé magnum congregato
Nomen habes, pretiumq; famæ. *Id.*

For-

Fortuna ditat ſi te opulentior,
Et ággeratis amplificat bonis,
Tunc copioſum præpotentes
Ad titulos valet æs, & aurum. *Auct.*

Zna buk, nie z náuk, ále że czuje puk.

-- -- -- Auguſti nomen adora,
Et quem ſenſiſti ritè precare Deũ. *Ovi.*

Infernus imo ſonuit è fundo fragor;
Audimur: en eſt ſonitus Herculei grad9.
Sen. Herc, fur. Deianira enim conſultans contra ſuum maritum Herculem, dùm apud inferos eſſet à domo abſens, ac tandem inter ſua, & nutricis ſuæ colloquia, reducem maritum audiret, ex ipſo greſſu adventum e. jus, quòd valido paſſu procederet, ut terra ſonaret, recognovit.

Catone coram nemo vel audeat
Mutire: vulgus grandibus attremit
Accline ſceptris, & coronis
Scit dominis reverenter uti. *Auct.*

Auctoritatem multiplices juvant
Pœnæ ſeveram: rex graviter minax
Frænat tremendi contumacem
Arte ſupercilij ſenatum. *Id.*

Znáją ſię. v. *Kruk krukowi &c.*

Ulmus amat vitem, vitis non deſerit ulmum. *Ovid.*

Nec contribules perſequitur lupus,
Fratrem leonem frater amat leo,

Con-

Conſtanter & trucis amicis
Fœderibus ſociantur urſi. *Auct.*
Sodalitatem monſtra ſuam colunt,
Amat Megæram Tyſiphone trucem;
Moresqvé nequam non honeſtos
Improbitas amat improborum. *Id.*

Znáją śię ná migách.

Nutibus in veſtris pars bona vocis erat. *Ovid.*
Multa ſupercilio vidi vibrante loquentes. *Idem.*
Verba ſupercilijs ſinè voce loquentia dixit. *Idem.*
Tecta ſupercilijs diſertè verba loquentes. *Propert.*
Arcana cordis nutibus explicant;
Et absq; verbis frons loquitur ſatis;
Enunciantur indicata
Verba ſupercilio loquente. *Auct.*

Znam ćię ziołko, żeś pokrzywká.

Decipies alios verbis vultuq; benigno,
Sed mihi jam notus diſſimulator eris. *Mart. l. 4. epigr. 88.*
Hæret, & expertis non audet credere divis. *Stat l. 5. Theb.*
Tollite Maſſylas fraudes, removete bilingues
Inſidias, & verba doli ſpirantia virus. *Claud. de bell. Gild.*

-- Manifesta fides, Danaumq́; patescunt
Insidiæ. -- -- -- - -- *Virg.* 2. *Æn.*
-- Cautus foveam vitat lupus, accipiterq́;
Suspectos laqveos, & apertum milvius hamum. *Horat.*
Tunc ego te vidi, tunc cæpi scire, quid esses. *Ovid.*
Discingo ratione dolos, fraudesqvé resolvo. *Sil.*
Jam scio, jam quanti lateant sub floribus hydri,
Quòdqvé rosas inter spinæ nascantur acutæ. *Paling.*

Zołnierz dobry.

Acer & indomitus, quò spes, quòqvé ira vocâsset,
Ferre manum, & nunquàm temerando parcere ferro. *Luc. l.* 1. *Pharſ.*
Scipiades belli fulmen, Carthaginis horror. *Id. l.* 3. *Pharſ.*
-- Cùm subitū cámpo perstrinxerat aures
Murmur triste tubæ, tanto fervore ruebat
In pugnam, atq́; acies, ut natum ad sola liqueret
Bella. -- -- -- - -- *Sil. Ital. l.* 15.
-- -- -- -- -- Ruendi
In ferrum, mens prona viris, animæq́; capaces
Mortis, & ignavum est rediturae parcere vitæ. *Lucan. l.* 1. *Pharſ.*
Huic

Huic ego non Decios pulchros, fortesqvé Metellos (ferocem,
Prætulerim, non, qui Pœnum domuêre
Scipiadas, Gallisq; genus fatale Camillos.
Claud. 2. Conſul. Honor.
Talis apud Trojam Danais pro navibus Ajax
Dicitur Hectoreas ſuſtinuiſſe faces. *Ovid. l. 4. de Ponto.*
-- Sunt membra accommoda bellis,
Quiqvé gravem ſubeant thoraca, lacerti.
Stat.
Frigora ſæva pati, gravibus non cedere nimbis,
Æſtivum tolerare jubar, transnare ſonoras
Torrentûm furias, aſcenſu vincere montes. *Claud. de 1. Conſul. Honor.*
-- In clypeo vigiles perducere noctes,
In galea potare nives, nunc ſpicula cornu
Tendere, nunc glandes baleari ſpargere fundâ. *Id. ibid.*
Primus in re manu, poſtremus ponere Martem. *Sil. l. 3.*
Totaqvé ſub galeis Mavortia canuit ætas.
Claud. de bell. Get.
Cerne cicatrices, veteris veſtigia pugnæ.
Ovid.
-- -- -- Sunt mihi vulnera cives,
Ipſo pulchra loco. -- -- -- -- *Virgil.*

Te Cantaber non antè domabilis,
Medusqvé, & Indus, te profugus Scythes
Miratur, ô tutela præsens
Italiæ dominæqvé Romæ. *Horat. l.* 4. *Carm. O.* 14.
-- --. Impiger hostium
Vexare turmas, & frementem
Mittere eqvum medios per hostes. *Id. ibid.*
-- -- -- -- Agmina
Ferrata vasto diruit impetu,
Primosqvé & extremos metendo,
Stravit humũ sinè clade victor. *Id. ib.*
Zpowszednieje, kto się spolkuje.
-- -- Tutiùs invidi
Longinqua mirantur, propinquis
Lævus amat comes ire livor. *Sarbie. l.* 4. *O.* 12.
Miraculosi nominis Hectorem
Seri nepotes suspicimus, tamen
Illi coævus vix Achilles
Prodigio similem putaret. *Auct.*
Major remotis est reverentia,
Vulgoqvé visis principibus diù;
Nunquàm potestas sic vigebit
Disparibus sociata turmis. *Id.*
Ad solis ortum terra stupet jubar,
Clarumq; centro spectat ab infimo:
Nihil valeres Phœbe, terris
Si medijs habites alumnus. *Id.*

Zpuśćić ná kwintę, zwieśić nos.

Ad ſuæ cauſæ ignobilitatem jam laxis animis reſpiciebat. *Barcl.*

Ex nube læta triſtius exſilit
Repentè fulgur, perdit amœnitas
Brevis ſerenum, lugubresqvé
Lætitiam madidant procellæ. *Auct.*

Cadit ſuperbæ criſta ferociæ,
Nec faſtuoſum felle tumet jecur,
Modeſtiùsqvé jam ſuperbo
Pompa ſedet cicurata curru. *Id.*

Sejanus olim ſidera vertice
Pulſare doctus, verrit humum jacens,
Infame contumelioſo
Ludibrium fodicatus unco. *Id.*

Zwiodłby nie wiedzieć kogo. v. *Wymowny.*

-- -- -- Senſuraqvé ſaxa canentes
Arcanum ferale Magos. -- -- -- *Lucan.*
-- -- -- -- Penitùsqvé loquentis
Hyblæis vox mixta favis, quêis ſibila ſerpens
Poneret, & ſævæ vellent ſervire novercæ. *Stat.*

Zwyczay druga nâturá. v. *Do zwyczáju &c.*

-- Abeunt ſtudia in mores, artesqvé magiſtras. *Ovid.*

-- -- -- Et morem fecerat uſus. *Id.*

Nemo duraret, ſi rerum adverſarum e-

 andem

andem vim assiduitas haberet, quam primus ictus. *Sen. c. 9. de Tranquil.*

Natura calamitatum mollimentum consuetudinis invenit, citò in familiaritatem gravissima adducens. *Id. ibid.*

Sic sunt nauticis corpora ferendo mari dura; agricolis manus tritæ; ad excutienda tela militares lacerti valent: agilia sunt membra cursoribus. *Id. c. 4. de Provid.*

Cogita compeditos primò ægrè ferre onera & impedimenta crurum, deindè ubi non indignari illa, sed pati proposuerunt, necessitas fortiter ferre docet, consuetudo facilè. *Id. c. 9. de Tranquil.*

Żyję nie żyjąc; życie mi nie miłe. v. *Wolę umrzeć.*

Contudit ingenium patientia longa malorum. *Ovid.*

-- -- -- -- Quidquid ab illo
Produxi vitæ tempore, pœna fuit. *Id.*

Mens abit, & morior. -- -- -- -- *Id.*

FINIS.

Ad majorem Nominis DEI Sanctificationem.

INDEX

Rerum & materiarum, quæ in hoc opusculo reperiuntur; ex quo non tantùm Polonus, sed quilibet ad suũ usum hinc inde sparsas sententias, aut dicteria invenire possit. *Prior numerus designat paginam, secundus proverbium Polonicum*: quorum si plura ponantur in una pagina, numerus posterior designabit, ad quodnam illorum remittat lectorem index; si verò unũ tantùm proverbium fuerit etiam in fine paginæ collocatum, numero unitatis denotabitur, & sub illo invenies, quod habere voles ex indice Latino.

A

B.

C.

Ce-

Cun-

D.

Deus

Do-

E.

F.

F.

Fi-

Fo-

G.

Gar-

H.

Hila-

I.

In fine

Lex

M.

Memi-

Moni-

N.

O

O.

Omen

P.

Pauper-

Pœna

Q.

R.

R.

S.

Sævi-

Simu-

T.

Tenta-

V.

Vindi-

Vltio



Summa Privilegij.

OMnibus & Singulis Typographis, Bibliopolis, & cæteris quibuſcunq; & ubicunq; exiſtentibus negotiationem Librariam exercentibus ſeriò prohibemus, & interdicimus, ne quis verò ipſorum Libros, Opera, in Typographia Varſavienſi Collegij Scholarum Piarum, excuſos, clam & palàm intra Regnum & Dominia Noſtra recudere, aut alio ad recudendum dare, citra voluntatem eorundem Religioſorum Scholarum Piarum præſumat, ſub amiſſione Librorum & pœnâ latiùs expreſſa in Privilegio de data 23. Menſis Septembris. Anno Domini 1701. Regni Noſtri Anno V.

Auguſtus Rex.


Biblioteka Jagiellońska
stdr0007877

